W. 576. F. 0. 3.

PROGNOSIS MEDICA,

AD USUM PRAXEOS FACILI METHODO DIGESTA.

A SYLVESTRO RATTRÆO, Med. Doct. Glasguensi Scoto.

Nullum est præceptum adeo inviolabile, ut limitationem non admittat.

GLASGUÆ,
Excudebat ROBERTUS SANDERS,
Typographus Urbis.

M. DC. LXVI.

L 2

W. 576. F. 6. 6.

PROGNOSIS MEDICA,

AD USUM PRAXEOS FACILI METHODO DIGESTA.

A SYLVESTRO RATTRÆO, Med. Doct. Glasguensi Scoto.

Nullum est præceptum adeo inviolabile, ut limitationem non admittat.

GLASGUÆ,
Excudebat ROBERTUS SANDERS,
Typographus Urbis.

M. DC. LXVI.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

4 R 8

CLARISSIMO

AC EXCELLENTISSIMO VIRO,

D. JOANNI WEDDERBURNO.

MEDICO REGIO EQUITI AURATO,

SYL. RATT. M. D. S. P. D.

TUUM Nomen huic opellæ inscribere decrevi, non ambitiosè quærendo patronum pro multorum more, contra invidorum morsus ac dentes, namque veritas facilè seipsam defendet, & si quæ minus vera in eâ contineantur, indicta sunto. Tuam sane invado provinciam tractatum prognosticum mitto, qualem ipse potes meliùs dare, si tántum tibi otij suppeteret, ut ullam meditationi moram indulgeres tanta enim est ingenij accurata facilitas, & sine labore felicitas, sed eò libentiùs mitto, quia ipse

potes, & æquiùs, me judice, inter nos nemini potuit tractatus Medicus, quàm tibi offerri, qui inter noſtri temporis practicos fulgentiſſimi inſtar ſyderis nites, ſemanimis vitam inſpirans velut alter Apollo. At grave ſanè onus me ſuſcepiſſe video, in quo tot & tanti viri celeberrimi, & ad miraculum uſque docti, tum antiqui, tum recentiores, acriter inſudârunt, atque hanc Medicinę partem nobiliſſimam, ſed difficillimam Commentarijs ad finem mundi proculdubio duraturis illuſtrârunt, licet nemo tam attentus, tam modeſtus, tamque oculatus, quin aliquo modo in proprijs dijudicandis cæcutiat & hallucinetur, non ſum tamen adeò mihi Suffenus, ut mea hæc omnibus in eo genere anteponenda cenſeam; mihi ſanè gratulabor, & operam minimè luſiſſe videbor, ſi à te atque alijs viris Doctiſſimis veniam impetravero, aut ſi meo exemplo excitabitur aliquis, cui *Ex meliore luto finxit præcordio Titan*, ad aliquid elaboratius nervoſius aut accuratius in eo genere ſcribendum. Rectè enim ait Socrates, nullam inſcitiam eſſe majorem, quàm quâ quis credat ſe ſcire quod neſciat. Ego ſane tenuitatis meæ ſatis conſcius ſum, ut revera dicam, mihi in multis non ſatisfacio nam longè laborioſum inveni, in re arduâ perſpicuitatem cum brevitate conjungere; humanum enim eſt labi, errare, fallere & falli, ſuntque in pulcherrimo corpore nævi, & nihil eſt ab omni parte beatum; ſed in eo felicem me prædico, quòd tibi tanto artifici, mea judicanda commiſerim, ergo ſerenâ fronte accipe hocce quantulumcunque munuſculum, grati animi nunquamque interitur

amo-

amoris tesseram & pignus, remissiori tamen judicio legas, ne acrimoniam tuam ubique adhibeas vedim, ne in his quandoque desideretur, quæ in me requiritur, & sicubi tibi non planè satisfactum sit, desidię aut otio imputes nolim, sed occupationibus continuis circa ęgrotos, ubi non datur necessaria tranquillitas tali studio. Vale, & tractatum hunc tuo dicatum nomini fove, fave, & benignus amplectere, & ut beatę perennitatis arbiter te diu nobis incolumem servet & sospitet, precabitur.

Tui Studiosissimus
SYLVESTER RATTRÆUS.

LECTORI SALUTEM.

ACCIPE, *Lector*, *tractatum hunc prognoſticum, ſubſecivarum horarum penſum, licet mole parvum, non ſine labore concinnatum; non eleganti, non critico ſtylo ornatum, nec Rhetoricæ floſculis ſcatentem: nam torqueant alij ſtylum, & ſub gravi cogitatione articulum librent, mihi tam ſerium eſſe nec libet, nec licet. Protuli igitur humili ac repenti ſtylo, ex antiquis ſcriptoribus ſelectiora, ex recentioribus quæ veriora eſſe videbantur in prognoſi Medicâ, & in faſciculum unum redegi, quæ ab alijs immenſis voluminibus tradita ſunt. Quantum lucis diſcrepantibus, & dubijs auctorum ſententijs, brevitati ſtudens attulerim, aliorum eſto judicium: à quibuſdam fortaſſis, Iliada poſt* Homerum *contexere videbor; ſed an artem medicam hocce tractatu oneraverim, an ornaverim, noſtrum non eſt diſcernere, ſed lectori æquiſſimo liberum relinquo judicium. Multa enim, ferè omnia dixiſſem, in naturâ multiformi, adhuc indaganda reſtant, & multis pòſt ſeculis reſtabunt. Quandocunque igitur*

de intricatioribus, & ſpinoſis difficultatibus aliquid, quæ in obſcuritatis condo hactenus delitescebant, uſu publico dignum, ab aliquo inventum eſt, poſteritati conſecrari debet, & unuſquiſque in medium proferre tenetur, quod habet ad rei literariæ incrementum. Hæc igitur nullo litigij ſtudio, aut ſapientum ſententias oppugnandi prurigine adductus, ſed re verâ utilitatis publicæ ſtudioſus, tyronibus præcipuè, Medicinæ ſacris jamjam initiatis, & ad praxin ſeſe accingentibus offero; & provectioribus etiam, prò memoriæ labilis haud fortaſſis inutili adminiculo. Nam qui ad Medicinæ praxin, artis prognoſticæ ignari, accedunt, nec ſuæ famæ, nec ægrorum ſaluti conſulentes, in cæcis incxtricabilium errorum ambagibus volutantur, nec ſcientes ſigna ambigua à certis, nec ſuperveniencia à pathognomonicis, nec hæc à mox apparentibus, & epiphænomenis diſtinguere, quàm anxij ſæpè hærent; cùm exoritur aliquod ſymptoma in ægrotantibus, neſcij an ad mortem, an ſalutem, an criticum, an ſymptomaticum, cordialibus neſcio quibus inſiſtentes, cùm Cathharticis potiùs agendum eſſet, & evacuationi incumbentes, cùm omninò ceſſandum: & totum negotium naturæ committendum eſſet, nullo facto ſignorum, temporis, morbi, & dierum diſcrimine. Signa critica quoties ijs terrorem incuziunt? Opinantes fatalem jamjam inſtare horam, cùm interim minimè præviſa criſis, per evacuationem confertim facta, inopinatò ægrum levat. Medicina, abſque prognoſcos cognitione; ipſam exercentibus, verè carnificina eſt, namque andabatarum more cæci dimicant, qui abſque eâ medicinam factitant. Cuicunque igitur amor Dei ægrorum ſanitas, & tua ipſius æterna ſalus cordi ſunt, tibi ſeriò conſulo, ut ſeriam prognoſi operam impendas, ne tuam inſcitiam, &

incu-

curiam multi luant, tibique tandem ipsi inevitabile judi-
ium accersas: namque prognoscos beneficio, auctoritatem, &
eritam existimationem sibi comparat Medicus, curationem
udenter instituit, &, si periturus sit æger, famam à ca-
mniis vindicat; ideò, inquit Hippocrates, optimum est
edicum providentiâ uti. Nec aliquem omninò deterreat
horistica illa Hippocratis sententia, ubi dicit morborum
utorum prædictiones esse incertas, nam ibi non vult absolutè
certas, sed non esse omninò certas ait: atque id, non quòd
rdinariè sic fiat, sed quòd imperiti potissimùm sæpè errent,
eoque id medici ignorantiæ, non artis incertitudini appo-
endum, nam in arte periti rarissimè errant, atque id tan-
um in valdè heteroclitis quibusdam casibus. Ut cùm in febre
aligná urina non multùm à sanâ differt, cum calore ad
ctum miti, si tantùm ad hæc attenderit, errabit proculdu-
io: sed exercitatus Medicus non solùm illis fidit signis, sed
mptomatum reliquarum facultatum merita & valorem ex-
ndit, atque æquâ lance ingeniosè pendit, unde tota fraus velo
etracto detegitur. Sic dum humores turgent, & in motu
unt, & furiosâ quâdam Metastasi ad partem aliquam prin-
pem, nullo dato signo, ruunt, Medicus tamen prudens præ-
idet posse ruere, ideoque vigilanti solertiâ prospicit membris
rincipalibus, & humori etiam turgenti, orgasmum ejus
mpescendo, aut alterando, aut evacuando per meditationes
ngeniosè inventas; & sic de similibus. Facessant igitur om-
es isti fumivenduli, qui prognosin Medicinæ partem verè
obilissimam, ex Medicinæ campo proscribere conantur. Me-
odici etiam, & Empirici, qui contenti quibusdam regulis
eneralibus solvunt, & astringunt, & pulveres suos, &
rupos, omnibus indiscriminatim in quolibet morbo, &

omni

omni tempore propinant, artem prognoſticam cachinnis deri-
dentes. Sed quantùm à veris, & dogmaticis Medicis di-
ſtent, utinam mortales maximo ſuo emolumento diſcernerent.
Sed ſi mundus vult decipi, decipiatur. Aliud eſt etiam genus
Medicorum, qui etiam dogmatici audiunt, nec prognoſin om-
ninò aſpernantur, qui in ſuis obſervationibus, ſymptomata
omnia in morbis ſatis diſtinctè forſan enumerant, ſed non
conſideratis circumſtantiis, & dioriſmis proprijs ſignorum
critica ſæpè pro ſymptomaticis, & ſemeia pro tecmeriis aſci-
piunt: & cùm patiens evaſerit, à naturæ ſolius robore for-
ab uſu intempeſtivo remediorum diutiùs quàm aliter inte-
pellatæ, id tamen totum dexteritati ſuæ in praxi acceptum
referunt, & ſi quod apparebat ſymptoma in illo ægro, qui
Hippocrates tanquam lethale damnaverat in alio procul om-
dubio caſu, ſtatim buccis plenis inſurgunt, eum inſcitiæ incu-
ſantes, & aurea ejus oracula convellere, & falſitatis inſi-
mulare tentant. At ſi ſortè in eundem morbum in alio æg
ïnciderint, ijſdem ſtipatum ſymptomatis, exhibitis omnib
medicamentis quæ priùs ſecundum artem, ut putant, inter
tamen patiens, tunc hærent, & falſitatis apertæ divinum ſ
nem incuſare non audent, ſed quòd ejus oracula dubia adm
dum ſunt, & vera tantùm ut plurimùm, inſcitiam propria
nunquam recordantes, nec incuſantes, qui ſignorum diſti
ctionis prorſus ignari ſunt.

At Medicus rationalis pathognomonica ſigna ingenio
expendit, cum eorum numero, magnitudine, & impreſſio
magná aut parvá: deinde mox apparentia ab ijs diſtingui
tempus & diem morbi, quo pullulare cœperint, conſidera
do, utrum ſint cruditatis an concoctionis critica, & an ſ
lutis & mortis. Atque ea non ſolùm inter ſe, ſed cum viribu
ægr

i ingeniosè comparatione institutâ, confert; causas non s, & mobiles, à fixis & firmis dignoscendo, tandem a epigenomena istis supervenientia, & eorum naturam, conditiones. Quæ omnia cum suis adjunctis, in hoc tra- u, ni fallor, dilucidè satis explicantur; in quo perspi- brevitati ex professo studui; cùm ut memoriæ lectoris ulerem, tum quia vix, ac ne vix quidem, mihi tantum ad tractatum magnum conscribendum suppetit, continuo endi usu interpellata. Si qua in hoc tractatu tibi minùs videantur, ut liberè & amicè admoneas rogo, si verò arriserint, voto petitus sum, & exinstimulabitur ani- ad plura, quæ me penes sunt, tibi impertienda. Vale.

SEC

TRACTATUS
DE
PROGNOSI MEDICA.

SECTIO PRIMA.
De Signis in genere.

T ad Prognoſin rectè inſtituendam progrediamur, operæpretium viſum eſt, quædam de ſignis in genere præfationis loco dicere, quia ex ſignis, morbo, ægro, & externis, omnis prognoſis elicitur. Signa igitur omnia medica ſunt triplicia. 1. Pathognomonica, quæ ſpeciem, differentiam aliquando, & magnitudinem morbi ſignificant, & neceſſariò ſunt morborum conſectaria, atque omni, ſoli, & ſemper, iſti morbo competunt, ſed nunc intenſiora, nunc remiſſiora. 2. Epigenomena, & morem morbi denotant, ſed morbo ſe non ſemper conſociant,

ut v. g. delirium in pleuritide. Epigenesis est p
pagatio morbi ex unâ parte ad aliam, superst
utroque foco, ut si Melancholia in Epilepsi
abeat, Melancholiâ interim superstite, nam n
deducit de causâ morbificâ, sed maximam subs
denotat, neque levat à morbo priori, nec inci
nisi in magnas affectiones. 3. Signa sunt Epiph
nomena, & morem morbi maximè ostendunt,
prognosis quæ per ea instituitur, per regulas ar
rarissimè fallit. Hæc autem sunt triplicia. 1. C
ctionis vel cruditatis. 2. Salutis & mortis. 3. A
tempus & speciem crisis. Ad coctionem & cru
tatem quæ elucent, longitudinem & brevitate
morbi denunciant per se, per aliud salutem & m
tem, & tempus crisis. Secunda species Epiphæn
menôn ad salutem vel mortem, ad melius vel de
rius, sumitur à signis actionum læsarum, qualita
mutatæ, & excrementorum vitijs, atque etiam s
nis ab essentiâ corporis desumptis, id est, à temp
ramento, habitu, & ijs quæ temperamentum &
bitum sequuntur, ut calore, frigore, characte
mole, &c. Tertia Epiphænomenôn species sp
ciem, vel tempus crisis præsentis vel futuræ denu
ciat, & quò sit evasura, & dicitur Critica seu ju
catoria, ubi signa apparent. Ut dicantur Crisim
debent vel ad subitam mutationem, paulatinam
lutionem, vel materiæ transmutationem in acu
simpliciter, & ex decidentiâ, & chronicis mor
fieri: sed si non sic, & morborum tantùm com
ctaria sint, dicuntur symptomata. At hæc r
lam stabilem significandi vim obtinent, quòd a
te

emporibus, & in alijs morbis diverſa ſignificent, am faultè eluceſcunt à pepaſmo, & in morbi vi- ore, alioquin calamitosè. Signa critica ſunt du- licia, quædam tantùm ſigna, quædam & cauſæ & gna, ut poſteà fuſiùs patebit.

SECTIO II.

De definitione Prognoſeos, & Tractatûs diviſione.

Prognoſis igitur eſt cognitio eventûs, & mutationum in morbis, conſtans certis ſignis, ex ęgro, morbo, & externis concurrentibus deſumptis.

Prognoſis à morbo deſumitur ex pecie, more, motu, & magnitudine morbi. Prognoſis ex ægro ſumitur, ab actionum læſione, exretorum & retentorum ametriâ, à qualitatibus mutatis, & à temperamento, habitu, & charactere orporis

SEC-

SECTIO III.

Prognoſis ex ſpecie Morbi.

SPecies morbi denotat ejus natura peculiarem cum præcipuis differen & cauſas proximas, quæ eſſentiam e conſtituunt. Hæc morbi ſpecies una, vel multiplex. Unica, quan unus affectus ægrotantem detinet; multiplex ter. Sic ephemera eſt unus affectus, & hemitrita eſt multiplex. Debet Medicus accuratè nôſſe morbi leves ex ſua ſpecie, qui dubij & ancipit & qui lethales & pernicioſi: &, ut non debet gredi lethales, niſi prognoſi priùs munitus ſit, neque in principio dubiorum de eventu præſag debet.

Ephemera febris eſt ex ſuâ ſpecie & eſſentiâ lutaris, quæ non ſolùm ſalutariter terminatur, etiam citò; niſi aliquando degeneret in putrida vel hecticam, quod fieri ſolet in bilioſis, ſtrigoſis, ſiccis corporibus, & etiam niſi pendeat à cauſâ lignâ, ut in ſudore Britannico. Hipp. 4 Aphor. ait, quæcunque febres bubonibus ſuperveniu malæ; exceptis diarijs. Item leves morbi ſunt febres quæ tertio die, vel citiùs deſinunt, ut 3. pr cap. 1. item tertiana exquiſita, &c.

Dubij & ancipites ex ſua ſpecie habentur,

variè inclinant, nunc ad ſalutem, nunc ad mortem, uales ſunt omnes febres continuæ & ardentes, ſive rimariæ, ex humorum putridorum incendio in vaſis; ſive ſecundariæ ab inflammatione viſcerum, ut epatites, peripneumonia, pleuritis, anguina, phreitis à cerebro, & per conſenſum ſepti tranſverſi. tem præter dictos, lithiaſis, iſchuria, convulſio, &c pus eſt inſigni robore ut pellantur.

Morbi pernicioſi ex ſuâ naturâ dicantur, qui gros fere ſemper jugulant, inter quos eſt Apolexia fortis. 2. Aphor. 42. Fortem Apoplexiam rare impoſſibile, levem difficile, nam ferè neceſſariò in paralyſin degenerat, & ſtrangulati, circa norum os ſpuma apparet, moriuntur. Item Synope, aut lipothymia frequenter rediens cenſetur thalis ab Hippocrate. Sic Hydrops ex Scirrho hepatis lethalis, quia tonus hepatis omninò violatus reparabilis. Omnes intemperies hecticæ immedibiles.

Morbus calidus ut acutior & vehementior, ita riculoſior quàm frigidus, niſi partem nobilem obdeat, aut vias corporis communes.

Organici affectus quicunque obſident vias exurgationi dicatas, aut diſtributioni humoris, citò necant, ut Calculus in ureteribus, vel canale virgæ, catarrhus ſuffocans in aſperam arteriam rectà deuens, lumbricus in cordis ſinum repens, vel orifium ventriculi lancinans. Hipp. 6. Aph. 46. Quinque ex Aſthmate aut tuſſi gibbi fiunt, ante pubertatem moriuntur, quamvis non citò lethalis, conmax tamen.

Solutiones continui, niſi ſint magnæ, & ad inte
riora, non lethales; nam ſic propter inſignem hæ
morrhagiam, vel materiæ collectionem febres ex
citantem, vel partium corruptelas, vel propter pa
latinam conſumptionem ſpiritûs & humoris prin
genij, ab antiquis ulceribus & fiſtulis moriunt
ægri. De quibus varij ſunt Aphoriſmi in Sect. 6.
7. Aph.

Quando multiplices complicantur affectus. M
dicus præſagire debet ut iſta complicatio tendat a
faciliorem aut difficiliorem curationem. Ut hem
tritæos eſt febris longa, & fere ſemper periculoſ
quæ fit ex quotidiana, continuâ & tertiana inte
mittente, quia non dant paroxyſmi inducias conv
nientes, & ſic naturam proſternunt. Adde etia
quòd contrariæ ſunt indicationes, ſic convulſio f
bri ſuperveniens, pleuritis aſthmati conjuncta, h
cticæ complicatio cum putridâ, quia una requi
evacuationem, alia impedit, elephantiaſis cum l
Venereâ, quum decoctum lignorum exaſperet l
pram, Calculus cum ulcere renum & veſicæ, ulce
magna in hydropicis, item peripneumonia ex a
guinâ facta, niſi fiat ſuppuratio ſeptimo die, i
phthiſi ſputum fœtens cum diarrhœâ, & caſu pil
rum. Sic peripneumonia pleuritidi, lethargus f
bri ardenti, hydrops febri acutæ, lienteria dyſent
riæ, ſingultus diarrhœæ, aut febri colliquativę ſupe
venientes incurabiles omnes, niſi rarò naturæ m
raculo aliter fiat. Complicationes, connexiones, &
conſequutiones morborum diligenter attendenda
in prædicendo cauſæ interiores ad morbi ſpecie
refe

referuntur. Si sanguis levi incendio afficitur, oritur Synochus simplex mitissimus affectus: si verò putredo eum corripiat, ingentes & continuas febres inducit exanthematis & pustulis comitatas, ut in febre purpuratâ. Hipp. in Coac. quibus in febribus continuis pustulæ per totum corpus erumpunt; lethales, ita extravasatus sanguis, in cavitatem ventriculi, intestinorum, & alijs locis pestifera excitat symptomata. Sanguis in substantiam partis effusus magnas suppurationes & gangrænas excitat, quæ mortem ægro, aut ipsis partibus adferunt. Idem de lacte & semine corruptis dicendum erit.

Bilis, quia fervidissimus & tenuissimus humor, tum propter conjunctum orgasmum, periculosissimos morbos infert, nam velocissimè irruunt in partes nobiles, vix dato signo.

Melancholicus succus crassitie & pertinaciâ polet, calorem suffocat, remedia temnens, ut in melancholiâ hypochondriacâ, scirrho, cancro, quartanâ, &c. Quod si ex incendio ad atræ bilis naturam pervenerit, ferinum & valdè lethale in loco corporis nullo contineri potest. Ad ejus naturam proximè accedunt sinceræ dejectiones sero suo orbatæ.

Succus pituitosus longos morbos, sed minimè ex se periculosos excitat, nisi partes nobiles, aut vias excretioni, & distributioni dicatas corripiat, ut in apoplexiæ, catoche, catarrho suffocativo, & paralysi.

Pituita salsa gravissimos dolores excitat, ut Colicum & Ischiadicum. Non tantum solitarij

humores, ſed & complicati conſiderandi ſunt ad prognoſin inſtituendam.

SECTIO IV.

Prognoſis ex more Morbi.

MOrbus dicitur vel boni vel mali moris. Boni moris nihil præter ordinariam morbi conſtitutionem habet, & ordinarijs etiam ſtipatus ſymptomatis, & in ijs bonæ criſes fiunt, & rarò ſiniſtri quid in talibus accidit. Morbus mali moris eſt, vel cùm præter ordinariam ideam vehementia & inſueta ſymptomata comitantur, quæ ægrum ſæpe celeriter tollunt: vel aliquando etiam ſymptomata ſæva & vehementia non videntur, ſed benignâ facie, & furtim vitæ inſidiatur tegens ſuam ferociam, ut homines fallaces, qui aliud vultu & verbis præ ſe ferunt, aliud corde occultant. Ut v. g. in febre, ubi pulſus non valdè citatus, neque calor adeò adurens, ſed ad tactum levis, & cætera ſymptomata non valde vehementia. Inopinatò oritur Syncope, lethargus, phrenitis, per metaſtaſin occultam pravi humoris non valdè ferocientis, & qui vel ſequitur cauſam univerſalem, ut aëris corruptelam, ut fit in peſte, cujus vi etiam morbi mitiſſimi malignitatis participes fiunt, unde bubones, puſtulæ malignæ, eryſipelata; vel ſi ſequatur vulgarem cacochymiam

ob

ob alimentorum pravorum longum uſum in annonæ caritate, ut poſt famem peſtis: Item ſi ex potu aquarum ſtagnantium & crudarum fiant, unde dyſenteria ſæpè maligna. Vel ſi ſequatur malignitas particularem cauſam, ut aſſumptum vel admotum venenum, à quo primâ fronte videntur vulgares morbi oriri, ut inflammatio ventriculi, aut alterius partis: ſed poſteà multò ſæviora, & maligniora ſymptomata, & mors ipſa advenit. ut in morſu canis rabidi, aſſumpto arſenico, &c. Vel ſi ſequatur particularem cachexiam alicujus partis, ut catarrhus ferinus cacopragiam cerebri ſequitur, ſuccos acres & malignos generantem: & cernitur etiam in vulneribus a venena totelo inflictis, licet exiguis. Mortem tamen inferunt, præcipuè ſi vulneratus pravo victu utatur. Vel ſi ratione tempeſtatum anni ſuam propriam temperiem non ſervantium fiant morbi. Vel ſi pendeat a pravi ſubjecti diſpoſitione ſive peculiari natura ægrotantis ut in Scorbuticis, ſtrumoſis, elephantiacis, & lue Venereâ infectis, in quibus omnes morbi ſupervenientes, & ſolutiones continui redduntur hujus malignitatis participes: & iſta diſpoſitio eſt priùs eliminanda quam curari poſſunt. Ubi adſunt ſigna, & notæ quæ oſtendunt morbum ab aliquâ prædictarum cauſarum cacoethiam participare, ſuſpectâ habebit omnia Medicus, atque judicium ſuſpendere debet, donec vis morbi, & cauſarum clariùs eluceſcat: & pro majore vel minore malignitate cauſæ, majus vel minus periculum in morbo præſagiendum.

SECTIO V.

De Prognoſi ex motu Morbi.

ILla diſtinctio morborum in acutos & diuturnos celebris eſt apud auctores, quorum motus & inſultus varios conſiderare debet Medicus, ut poſſit eorum durationem, & exitum prædicere. Tota duratio morbi dividitur in principium, augmentum, ſtatum, & declinationem. Summus vigor morbi dicitur ſtatus, quem debet præcognoſcere Medicus ad curationem & victum præſcribendum, ac ad ſalutis & mortis, ac modi eventûs præſagitionem. Tendit morbus ad hunc terminum tarde vel celeriter, motu æquali vel inæquali, conſtanti & ordinato, vel inconſtanti & inordinato, & uno continenti motu vel certis periodis diſtincto. Primò igitur motus morbi cognoſcitur ex ejus ideâ; qui autem morbi natura breves velociſſimè moventur, ut febris ardens, pleuritis, peripneumonia, cholera, angina, convulſio, apoplexia, te tanus, licet hæc poſteriora ratione paroxyſmorum celeriter moveantur, tamen ratione cauſæ debent tarde movere. Celeritas non fit a motu, ſed a ſolo ſitu cauſæ in vijs partium nobilium, quod non poteſt diſcuti. Epilepſia eſt acutus morbus reſpectu paroxyſmi, & in infantibus recens natis, quia ſeptim

aut nono die interficit; ratione tamen durationis eſt morbus chronicus. Hipp. 1. Aph. 7. Quicunque morbi extremos ſtatim habent labores, peracuti habentur. Et in lib. de victûs ratione in acutis. In febri continua ſi quis quarto aut ſeptimo die valdè affligatur, & undecimo non judicatus fuerit, plerunque perire ſolet. Morbi diuturniores, ut quartana, hydrops, paralyſis, arthritis, colica, habent principium longum, & ſtatum remotiorem, & in alijs pituitoſis & melancholicis affectibus pares dies potiùs commovent, & judicant quam impares, ut obſervatione longa compertum eſt.

Tempus anni facit ad celeritatem & tarditatem motûs morbi; nam æſtate citiùs hyeme tardiùs moventur. Ita in tempore pluvioſo febres, & alij morbi ſunt longiores, tempeſtate ſiccâ acutiores: ſic etiam in calidis & frigidis regionibus evenit, imò diverſitas temperamentorum facit celeritatem, & tarditatem motûs; ſic habitus corporis rarus vel denſus ad diſcuſſionem humorum tardè vel celeriter facit; ut & victûs ratio præcedens calidus, vel humidus, & frigidus, tales humores in corpore generant qui ſunt facilè vel difficulter mobiles.

Paroxyſmorum mutationes morborum motus indicant, & iſtæ conſiderandæ ſunt in tribus, in hora qua revertuntur morbi, in tempore durationis, & in ſymptomatum vehementia.

Si acceſſiones anticipent, & ſecunda duret longiùs quam prima, & ſic de cæteris, & ſi ſecunda & cæteræ ſunt vehementiores primâ, ſignũ eſt morbũ moveri celeriter ad ſtatũ: ſi verò contrario modo eveniat,

signum est morbũ jam declinare, modò id fiat a minuta & domitâ morbi causâ, non à rebelli naturâ incoctilis & crassi humoris. At quidam sunt morbi qui semper ex sua natura postponunt, vel anticipant, in quibus neque anticipatio augmentum, nec postpositio declinationem significat, sed sunt, ut plurimùm, rebelles: ut & cùm paroxysmi æqualiter invadunt, ut horâ quâ primus invasit, invadit secundus, tertius, &c. ut 4. Aph. 30. Quibus accessiones fiunt, quacunque horâ dimiserit, eâdem si postero die repetat, judicium difficile esse solet. Si paroxysmi aliquando postponunt aliquando anticipant, & sunt nunc breviores, nunc longiores, neq; ullum typum certum servant, sine notis coctionis, id a diversis succis provenit, & significat morbi principium adhuc, si hoc acciderit cum virtute debili quę materiam regere non potest, morbum brevẽ, sed pernicioſum denotat. Si intermissionis tempus breve sit, neque tolerabile propter symptomata adhuc remanentia, augmentum significat: contrà, si sit longa intermissio. & toleratu facilis, & à pravis symptomatis libera, declinationem arguit; securiores sunt omnes motus qui proprium sequuntur impetum quàm aliorum. Reliqua de motu morbi in sect. de crisibus.

SEC.

SECTIO VI.

De Prognoſi ex magnitudine Morbi.

MAgnitudo morbi, 1. Dicitur ratione cauſarum, & eſſentię proprię, propter quam dicitur habere extenſionem, aut intenſionem. 2. Ratione partis nobilis, aut ad vitam valdè neceſſarię. 3 Ratione ſymptomatum quę illum comitantur, aut conſequuntur. Sed quia de eſſentia morbi & cauſarum Sect. de ſpecie Morbi jam dictum, & de affectę partis natura, & ſymptomatis comitantibus poſteà latiùs dicendum, hîc tantùm obiter de alijs quę ad magnitudinem ſpectant, dicemus. Et 1. quò plura & vehementiora ſigna pathognomonica, eò fortior eſt morbus, & contra v. g. pleuritidis ſigna ſunt dolor lateris punctorius, febris, reſpiratio difficilis, tuſſis, pulſus ſerratilis: hęc ſymptomata quò graviora, majorem vim morbi denotant, & contra; ſic in omnibus alijs morbis dicendum, niſi ſubſit aliqua malignitatis ſuſpicio, tunc enim ſępe mitia ſunt omnia ſymptomata, & non rarò pereunt ęgri in ſignis coctionis.

Magnitudo ratione partis prędantis, ut ulcus in cerebro, non facilè lethale, in cerebro, corde & pulmone eſt lethale, ut plurimùm.

Magnitudo ratione cauſę, ut ſi morbi à cauſa ſolida

ſolida fiant, ut a Scirrho confirmato, tophis lapi
bus, neque à natura aut arte ſuperari poſſunt,
etiam ab humoribus tota ſubſtantia peccantibus,
in peſte, & febribus malignis, Cancro. Humor
etiam putreſcentis quantitas, ſubſtantia, qualitas,
locus conſideranda ſunt; nam quò humor min
naturę adverſus, in minore quantitate, & qualita
minùs noxia, & in loco à nobili viſcere magis rem
to tantò morbum mitiorem ſignificat, & cont
quò humor crudior & inconcoctior, eò major m
bus. Si morbus à ſanguine niſi nimis putreſcat,
nimis copioſus ſuffocet, non magnus, neque pro
de lethalis. Sic à bile flava & pallida licet ſępe a
ti, tamen non valde periculoſi. Ex porracea, ę
ginoſa, & atra bile magni & lethales. A miſce
plurium humorum vitioſorum morbi magni fi
& difficiles; nam omnis miſcella eſt pejor ſimpl
cęteris paribus, modò ſincerum humorem ex
pias. Morbi qui oriuntur ab humore turgen
magni; & difficiliores quàm qui à quieto, m
non quieſcat ubi moveri debeat, & inviſcere no
Si cauſę externę diu & multum agant, & malig
ſint, & diu in corpore maneant, magnos mor
producunt, ut ab aëre peſtilenti, veneno, aut ve
natis telis, ſunt lethales & contra: & qui orium
à diuturno errato in victu, & alijs rebus non na
ralibus, majores & periculoſiores his, qui à
peccato, ut 2. Aph. 24.

Juvantia quid de morbo ſperandum ſigna da
ſive à natura, ſive ab arte facta: ſi juvant morb
mitem denotant, & contra: & nocentia quęcun

on valde noceant, naturam valere indicant, emplo res clarior erit. Si natura aliquam excre- em tentet, ſive per vomitum, alvum, ſudo- n, aut hęmorrhagiam, atque ea non ſolum non et, ſed morbus in deterius ruat, eſt ſignum mor- magni & lethalis, aut valde periculoſi, vel ſi na- a aggrediatur coctionem manifeſte, & tamen maneant prava ſymptomata, & augeantur. deno- malignitatem. Item de medicamentis eſt dicen- m, niſi error a Medico, aut adſtantibus commit- ur: Sed contrà. ſi ea quę juvare debent juvent, morbus per ea levior & mitior fiat. Non ſolum na pathognomonica, ſed etiam ſupervenientia ò mitiora, eò minor eſt morbus, & contra. Hipp. prog. 8. Quì convaliturus facilius ſpirat, &c.

SECTIO VII.

De Prognoſi ex actionum læſione.

A Symptomatis quę morbum comitantur aut ſubſequuntur, potiſſima pars prognoſeos deſumitur, quę apparent in actionum læſione, excretorum & retentorum ametria, & in qualitatibus mutatis. Quod ad actionum læſiones, quę naturę maxime ſimilia, magis ſalutaria, & contra. Actiones læſę ſunt mentis delirium, memoria læſa, ſomnus & vigilia, ſenſus externi læſi, item corporis totius

totius & ejus partium dolores, motus, lęsiones, cubitus, ęgri inquietudo, convulsio, singultus, mor, horror, rigor, sternutatio, torpor, resol ani, &c. aphonia. cordis palpitatio, lipothymia, spiratio, & appetitus lęsus.

De Mentis actionibus lasis & delirio.

QUi aliquam actionem voluntariam perpe edunt, & præter consuetudinem paru multùm, ferociùs, vel absurda loquuntur, corpu manus indecorè movent, si cum cruditate & m signis in morbis, valdè suspectum, 1. Aph. 51. festucas carpunt & obscænas partes nudant. I 1. prog. 23. & 2. Aph. 6. Qui aliquâ parte dole dolorem non sentiunt, perpetuò in morbis m Ita 2. Coac. 2. text. 10. & 2. Aph. 10. & 47. Pra consuetudinem aliquid facere, & velle aliquid p non consuetum aut contra, pravum & dilirio pro mum, 2. Aph. 33. In quovis morbo valere ratio & benè se ad oblata habere, optimum; con malum.

In morbis quibus cerebrum afficitur prima aut in consensum trahitur, ut diaphragmatis, ut spinalis medullæ, nervorum, affectibus, mente c stare, simpliciter bonum signum: nam qui supra ctarum partium inflammatione laborant, nunqu mente constantes moriuntur. In alijs tamen affec bus, ut pleuritide, peripneumoniâ, anginâ, hepa & lienis affectibus, licet mente constare sit bon signu

um, rarò ad mortem vel salutem facit, 2. Pro-
20. Cum rigore familiares non agnoscere, ma-
mala quoque oblivio. Nugari in morbis, sæpè
est malum, nam fit tantùm à vaporibus calidis
rebrum transmissis, quibus dissipatis evanescit.
tuor quum sint potentiæ in cerebro radicatæ,
licet sensus communis, phantasia, cogitativa, &
oria, quò plures harum potentiarum afficiun-
& quo magis laborant, id est, si non solum di-
tæ, & depravatæ, sed & ferè abolitæ sunt; eò
s lethale.
lirium est vel symptomaticum, criticum, vel
æ naturæ inter utrumque ambigitur quod
mptomaticum 2. Aph. 53. Damnatur deli-
cum studio, & pessimum esse audax & teme-
n; & etiam occultum delirium. cum nihil ferè
di loquuntur ægri, manibus palpant, & si si-
m ijs imperetur, videntur velle dormire, nec
dormiunt, si cum debilitate, & alijs pravis
pessimum est: nam à marasmo cerebri fit,
hementi semper gravior. Sic perpetuum deli-
ine aliquâ interpolatione, ab inflammatione
ri, pessimum; nisi larga hæmorrhagia superve-
naturâ aut arte, si in omnibus aberrant ægri,
ecipuè in necessarijs, lethale. 2. Aph. 2. Pra-
na cum aliquo delirio mortem minantur, le-
exitium certum adferunt: tria gravia sym-
a superveniunt delirio aucto, silentium, tre-
& prope mortem convulsio 3. Coac. sect. 1.
2. In vehemente phrenitide tremores morti-
Et passim in prorhet. Coacis, & Aphor. Alba

deje-

dejectio, urina pellucida, & jumentorum si
pessima in phreneticis & delirantibus: torpo
rigor delirio succedentes, pessimi. Item cr
mutationes ad calorem & frigus in deliran
exitiales, stillicidium sanguinis ex naribus, & s
frigidus circa caput, lethalia. Delirium quart
supervenieus; malum, nam quæ symptomata di
indicatorijs, vel diebus judicatorijs superven
certissima sunt, sive bona, sive mala. Deliri
phrenitis distinguuntur; quod delirium solum
intervalla, phrenitis ferè semper continua.
mor vel præcedit delirium, & illud venturu
notat, vel sequitur, & illud lethale esse argu
prius, nam innuit convulsionem ex siccitate
vorûm.

Delirium criticum est quod viribus consta
advenit, nam in eo ut in alijs, pulsus robur,
ratio libera, & appetitus florens maximi sunt
deris, quod non in principio morbi, nec in cru
universali supervenit, sed in statu, in die critic
immediate ante cum signis coctionis, & cu
quitur evacuatio aliqua insignis ex loco debit
tolerantiâ & conferentia vel statim ab evacu
desinat, vel si ei supervenerit vehemens aliq
lor ad partes ignobiles, ut sunt coxæ, crura,
manus, ut Hierophonti apud Hipp. contigit
simile est quenquam dolorem magnum in pa
quâ corporis non solum à naturâ, sed ab a
ctum delirium sedare. Nam vidi maniacos
alterum verbi divini præconem, alterum m
rem adhuc superstites a luxatione maxilla

lenta intrusione potionis ope cornu grandioris
tionis usui in instanti restitutos, & restitutâ luxa-
ne non amplius delirarunt. Hujus rei testes cen-
m habeo.

Delirium nec criticum, nec mere symptomati-
m est, cum principio morbi advenit ex vaporis
s è sanguine ad cerebrum suscitatis, vel ab ori-
io ventriculi lacessitis ab acribus vaporibus, vel
ium humorum saburra, vel quando mite deli-
m, vel levis nugatio est cum risu, & cum est in-
polatum non continuum, & advenit tantum pa-
xysmi tempore, & cum in paucis tantum aber-
t, & cum somno sedatur, cum ægri sentiunt se
are, & continuo corrigunt, & quando memo-
t in somnia. Omne igitur delirium vel fit a per-
batione critica, aut vaporibus e sanguine & hu-
ribus, vel ab orificio stomachi, aut à phlegosi
ebri, aut septi, aut ab inflammatione istarum, aut
aporibus ex utero, vel aliquando à nimia eva-
tione, ut in puerperis accidere solet nimio san-
ne evacuato, quod refectione non detractione
ratur, pro varietate causæ, non neglectis alijs cir-
nstantijs variè institui potest prognosis. Plura de
irio alibi

Memoria læsa oblivionem causat, de quo Hipp.
prorhet. 64. Ignorantia cum rigore mala, mala
que oblivio, quæ cum delirio accidit oblivio, ex
minùs mala est, nisi periculosum sit delirium, ob-
o quæ firmiter fixa est, una cum urinis crudis, &
s signis pravis pessima, nisi quis sit pusillo & in-
cinno capite, aut aliter naturâ oblivioſus.

SEC-

SECTIO VIII.

De Prognoſi ex Somno & Vigiliâ.

HIpp. 2. Aph. 3. ait, Somnus & vigi
ſi modum exceſſerint, malum, q
utrumque ſequitur diſpoſitiones m
boſas cerebri, aut per idiopathia
aut per ſympathiam, ſi naturali ſta
ſimiliores, eo meliores, at certum eſt vigilias mu
deteriores eſſe in juvenibus, quàm in ſenibus
ſomnum contrà, quia eſt lapſus in contrariam diſ
ſitionem, unde proverbium, *Senex dormit*, &
venus vigilat, *uterque morti appropinquat*. 1. Pr
text. 12. Ægrotantes, ut moris eſt, ſecundum
turam interdiu vigilare, noctu dormire debe
quòd ſi mutatur iſta conſuetudo, pejor eſt ſomn
qui fit à quartâ diei horâ ad noctem, quam qui m
tutino tempore uſque ad quartam, at neque noc
neque interdiu dormire, peſſimum, nam labor
dolor, aut deſipientia expectanda.

Somnus eſt ſenſûs & motûs voluntaria remiſ
ad refectionem ſpirituum, & recreationem artu
defeſſorum.

Præternaturalis ſomnus non eſt talis, nam na
ram gravat, vel extenſione, intenſione, ſympto
te, tempore, vel cauſâ.

Somnus immoderatus concoctionem turbat,

à somno moderato promovetur, à somno moderato in febribus sequitur humectatio & refrigeratio, ab immoderato commoventur humores, & dolores & labores oriuntur.

Somnus præternaturalis intensione est, qui nimium gravis est, ac dormientes ita premit, ut difficillimè expergiscantur, ita ut ægri sensûs ac motûs & vigilationes edere haud possint, ob multitudinem, crassitiem, & frigiditatem humorum cerebri meatus obstruentium, quod fit in Caro, Comate, Cataphora, apoplexia, lethargo, epilepsia, catoche seu catalepsi, comate vigili, typhomania; & ad prognosin instituendam magni interest hæc inter se benè distinguere. Carus est sensationis inflicti doloris carentia, & licet pungantur, feriantur, & inclamentur, non vigilant, in febrium exacerbationibus sæpe 1. Procedit ob frigidum humorem & pravum in cerebro, sensationem internam destruens, & est valdè lethale. Differt a comate & cataphora, quia ijs æger vellicatus oculos attollit, ab apoplexia, quia difficilis respiratio non adest, a lethargo, quia febrim conjunctam habet, ab apoplemate cerebri, epilepsia, quia convulsio non adest; a catoche & catalepsi, quia membrorum rigor non adest, a comate vigili, quia licet ægri videantur dormire clausis palpebris, tamen insomnes sunt, & a typhomania, quòd, etsi videantur dormire, non dormiunt, & adest delirium.

Somnus bonus in ægris his signis distinguitur a præternaturali quocunque, si membra decorè flexa sint, & decubitus bonus, spiratio libera, color

bonus, ſomnus ipſe placidus, æquabilis temperie totius corporis, & mador in cute aut ſudor bonus cum abſentia omnium ſymptomatum, quæ continuo gunt inſomni præternaturalis differentijs modo ſupra citatis.

Somnus delirium ſedans, optimus. Item in Coacis dicitur, ſomni profundi ſine turbulentia firmum judicium ſignificant: hic non a difficultate expergiſcendi, ut in caro & comate æſtimandus, ſed diuturnitate ſine turbulentia, nam febrim, inflammationes, dolores, delíria, omneſque fluores praeter ſudorem ſedat & ſiſtit. Vidimus, inquit Galenus, in ægris qui tribus vel quatuor diebus vigil permanſerunt, difficilem excitatu ſomnum ſupervenientem, noctu diuque perſeverantem, magnum attuliſſe auxilium. Et Comment. in 2. prorhet. Et in infantibus non uno ſolum ſed pluribus diebus licet nulla ſenſibilis excretio, nec febrilis cauſa abſit tranſlata ſit, ſomnus enim arctus, coquit, diſſipat in vapores tenues reſolvit, vel ſic æquat materiam ut naturæ magiſterio cedat. Differt a Caro & caeteris ſignis ſupra citatis, & etiam his, quòd, licet difficulter expergiſcantur, tamen non tam difficulter in ijs, & quo diutiùs dormiverint, eò meliùs habent, & pulſus robur continuo redintegrat ſine pravis ſymptomatis ſupra citatis & infra.

Somnus igitur criticus in die critico poſt labor & vigilias ſenſim obrepit cum remiſſione omnium ſymptomatum, ſenibus & pueris maximè familiaris in morbis ſomnus diurnus à criſi, ſi valdè immoderatus, recidivam cauſat, tamen non eſt omninò interdicendus.

Somn

Somnus præternaturalis ex ſymptomate eſt is de quo Hipp. 1. Aph Sect. 2. In quo morbo ſomnus laborem facit; malum. Item 6. Epid. Sect 5. text. 5. Labores autem de quibus in iſtis & alijs locis loquitur Hippocrates, quos ſomnus malus adfert, ſunt dolor capitis. gravitas ſenſuum, torpor, ferina deſtillatio, exacerbationes febrium, phlegmone, delirium, pavores, convulſiones, languor, pulſus, malæ urinæ, & omnia iſta ſymptomata cauſat agitando, corrumpendo, & pellendo humores ad varias partes ubi non debent. 2. Aph. 1. & 2. Si æger ſufficienter dormiens, & tempore debito non levatur, ſed ſomnus laborem affert in morbis, mortiferum, turbulentas excitationes è ſomnis valdè ſuſpectas habet Hippoc.

Somnus dicitur præternaturalis ratione temporis, quando obrepit tempore non debito; coma in principio morbi multitudinem ſucci pravi cerebrum replentis, & periculoſum morbum denotat: coma in vigore morbi lethale, nam debilitatem facultatis innuit, & cum alijs malis ſignis multiplicatur ejus malitia, ut cùm ſudor frigidus, torpor, aut convulſio junguntur cum cruditate urinæ. In delirante cum frigore extremorum ſomnus malus. Somnus qui initio paroxyſmi obrepit; malus: nam febris ab eo increſcit, & facultates labefactantur. Omnis ſomnus qui præter conſuetudinem carpitur, pravos humores gignit, niſi vigilia præceſſit, aut ſit metus maraſmi aut hecticæ.

Ut ſomnus naturalis ratione cauſæ fit ſuavibus vaporibus ſurſum elatis in cerebrum, ſic præter-

naturalis fit vel a narcoticis exhibitis, qui, nisi modum excesserit, non est malus, sed in multis casibus valdè conducit. Vel fit à pravis humoribus intus genitis, & narcoticâ vi præditis, & cerebrum replentibus, ut in somni præternaturalis differentijs, quæ magis vel minùs periculosæ sunt, prout intensiores vel remissiores. Vel facultatis debilitas & inanitio cerebri, vigiliæ impotentes reddit, & est valdè lethale.

Vigiliæ si immediatè ante crisin veniant coctâ materiâ, nihil mali denotant. 2. Aph. 13. Quibus crisis fit, nox, quæ accessionem antecedit, gravis; & signum sæpe hæmorrhagiæ.

In alijs temporibus, vigiliæ pessimæ sunt, & ut signum, & ut causa, si per cerebri idiopathiam, aut affecto eo à vaporibus malignis aut mordacibus. Pravæ igitur sunt tales vigiliæ. 1. Quia voracem sunt, & debilitatur corpus ab aporhœâ maximâ quæ fit ab ijs. 2. In vigiliâ non fit concoctio, sine quâ nulla crisis felix sperabilis, ut ait Hipp. in lib. de ratione victûs in acutis, cruditates quippe fovent & augent in febribus. 3. Quia vigilias sequuntur multa prava symptomata, ut labores, sitis, fastidium, ephidrosis, delirium, convulsio, ut ait Hipp. lib. 1. Epid. sect. 2. text. 75. & 7. Aph. 18. Vigiliæ superveniens delirium, & convulsio, malum, sive à dolore, labore, seu alismo, orgasmo, aut siccitate nervorum, aut imbecillitate. Non solùm pravæ sunt vigiliæ, si aliud exitiale signum conjungatur, aut subsequatur, sed etiam si præcesserit hypercatharsis, sanguinis quæcunque profusio, sive

ſive æruginoſus aut meracus vomitus.

Vigiliæ non tam periculoſæ, ſi ſubſequantur alia accidentia non tam prava, ut ſi ſequantur magnum calorem, externum dolorem, fluxum ventris, ſitim, tuſſim, ſed ſi ſequatur tuſſis fortes vigilias Avicenna dicit mortem ſuccedere, Lib. 3. tract. 4. cap. 4 Vigiliæ maximè nocent ijs qui ſunt corpore ſicciori.

SECTIO IX

De Prognoſi ex ſenſuum externorum læſione.

VIſûs læſio, ſi inſtet criſis cum ſignis coctionis, nil mali denotat, ſi verò ſigna coctionis non præceſſerint, aut ea poſt malam criſin cum virium debilitate, ſanguinis ſtillicidio ex naribus, & ephidroſi, ſummè perniciosum, ut in Coac. & 4. Aph. 49. In febre non intermittente; ſi labrum, ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, audiat imbecillo jam corpore: quicquid horum acciderit in propinquo mors. Reliqua de viſione & oculo in prognoſi qualitatum mutatarum.

Auditus læſus ſimiliter cum alijs ſignis criticis in die judicatorio in acutis non eſt malum, ſed abſque his pravum & à læſione cerebri aut phrenitidem inſtare, aut exſtingui facultatem ſignificat, ut modò dictum in Aphoriſmo, & 1. prorhet ſect. 3.

Comment. 37. Post modicam sanguinis eruptionem, nigramque dejectionem in acutis surditas mala: prava etiam, si cum alijs malis signis acciderit, ut cum capitis dolore, cervicis & manuum tremore, nigrâ & densâ urinâ, & vomitu nigro, extinctam enim facultatem significat. Tinnitus continuus aurium, cum signis cruditatis in die infœcundo, cum virium languore phrenitidem instare denotat: in die autem critico & statu morbi cum cæteris signis hæmorrhagiam denotat. Egregiè surdi, qui manibus tremunt cum linguæ balbutie pessimè se habent. Alvus sistitur à surditate superveniente, & surditati diarrhœa superveniens eam sistit vel solvit. Post surditatem nullâ aliâ insequenti evacuatione parotides oriuntur, ac si criticè tum solvunt eam, aliter non.

Gustûs depravatio fit vel ab extinctâ facultate, & est pessimum: vel ab amarore bilioſi humoris, & non tam malum. Aversatio omnis cibi & potûs, propter gustum depravatum damnatur in omnibus morbis: de quibus in prognosi famis & sitis.

Tactus depravatus fit in stupore; stupor omnis vel à nativi coloris extinctione, vel ob humores narcoticos in cerebrum delatos, aut raptos; utrumque pessimum in Coac. Rigores multi torporem vel stuporem inferentes maligni, item a proprij temperamenti in parte jacturâ, & si sine febri adsit ἀναισθησία, & motûs læsio præsagit paralysin, si motu illeso contingit cum aspredine cutis est, signum elephantiasis. Hipp. in Coacis prædicit futuram paralysin, aut apoplexiam in ijs in quibus isti

tor-

torpores, & externæ stupiditates contingunt præter solitum.

SECTIO X.

De Prognosi ex Dolore.

DOlores in acutis, vel accidunt in principio morbi, vel eo progresso. Si in principio morbi appareant dolores in visceribus, & sint vehementes & continui, signa sunt pathognomonica visceris inflammati: nam mali sunt omnes dolores qui principes partes affligunt cum febre, junctis aliis pravis signis, ut passim Hipp. in Aphoris. & prognost. ut æstus & vehemens dolor circa umbilicum, item dolores viscerum cum convulsionibus, exitiales.

Dolores capitis vel accidunt cum vel sine febri, & fiunt vel per idiopathicam affectionem à sanguine & humoribus ex venulis & arterijs in substantiam cerebri, vel meningum effusis, & phlogosin vel inflammationem causantibus, & sunt pessimi semper; si per sympathiam, tunc vel fit dolor ab acribus vaporibus à stomacho, liene, utero, venis, & arterijs transmissis, & non tam pravus est, vel furiosâ metastasi humoris morbifici, vel per epigenesin, & tunc solet esse sæpe lethalis.

Dolor capitis qui fit à causis pro catarcticis, licet

moleſtus, tamen non lethalis; ut à vino, ab aëre frigido & humido, ab intempeſtivo labore, vigiliis, ex venere, ab irâ, vel nimia ſpirituum contentione, ab aporrhœa ex cibus fœtidis, calidis & acribus, a inedia à flatibus, à ſtypticitate alvi, at qui fit o vermes in cerebro tophum aut calculum, & à lu venereâ, ſolet eſſe valdè contumax atque etiam qui ex levi aliqua occaſione recidivat, à nativa imbecillitate cerebri, aut a morbo longo facta, f etiam hæreditarius dolor contumax, &c.

De dolore capitis in Coacis Dureti pag. 89. Ce phalalgias diuturnas ſine febri cum ſtupore excip tandem apoplexia, epilepſia, lethargus, opiſthoto nos aut etiam cœcitas.

Dolor capitis vel præcedit febrem, & febris e ejus ſymptoma, & febris fere ſemper mala oritur dolore capitis. Si febris una cum dolore invadit, ſi dolor ſit vehemens & continuus, valdè periculoſus. Si poſt febrim oriatur dolor, aut eſt ſymptomaticus aut criticus. Criticus dolor capitis eſt fugax, in die decretorio apparens cum ſignis coctionis, & hæmorrhagiam denotat. Symptomaticus dolor capitis in febribus vel continuit cum alijs pravis ſignis, vel ſine ijs: ſi cum pravis ſignis, erit valdè lethalis. Prava iſta & lethalia ſigna ſunt, quæ noxam facultatum, ſine quibus vita ſuſtentari nequit, inſignem oſtendunt, ſive ſit vitalis, naturalis, animalis, aut mixta. Talia autem ſigna ſunt delirium atrox, obtuſio viſûs a ſpirituum inopia, tinnitus aurium continuus & magnus, eruginoſa vomitio, aliſmus & crudeles vigiliæ, &c. Omnia tamen iſta ſigna

prava

rava similis vi non pollent: nam licet in cephalal-
a delirium, ut plurimùm, lethale, tamen vomitus
uginosus, & convulsio sunt magis lethalia, ut
ipp 1. Epidem. sect. 2. textu 16. Dolores circa
put, & cervicem, & gravitas, cum vel sine febri
elirium, & convulsiones, sed & viridia vomunt,
quidam horum celeriter moriuntur. Si non adsit
thale signum in capitis dolore syntono in febribus
te diem vigesimum, vel sanguis erumpet ex nari-
us, vel suppuratio fit vel bsessus expectandus in
eriorioribus partibus, vel per eruptionem ulceris in
arte aliqua, vel expurgatur per dysenteriam, in
annis junioribus expectanda hemorrhagia, in se
oribus absessus ex 3. Prog. 13.

Dolor auris a protopathica affectione earum
g. a phlegmone, si per epigenesin in cerebrum
ansfundatur, periculosissimus est, vel si sympathica
affectio, cùm cerebrum copia humorum op-
ressum mittit absessum in aurem majorem quam
atura ferre potest, exitiale valdè, nam vel gangre-
am in loco parit vel per palindromen reaffundi-
r in cerebrum, & illud opprimit. Dolor auris in
nibus non tam magnus quam in juvenibus calidis,
& melius etiam in ijs succedit suppuratio. Pus sep-
mo die plerumque morbum solvit & conficitur in
uarto, si quinto die effluit, tertio efficitur in calida
motum, nam qualis sanguis talis urina; ut si biliosus, serosus, pituitosus, &c. talis est urina. Sic etiam urinæ renum, ureterum, vesicæ, & penis affectus indicat, præterea stomachi affectus multos, apepsiam, cruditatem intumescentiam, atque etiam per accidens affectus capitis; ut alba delirium, phrenitidem, &c. & quia cum multarum partium affectibus febres & venosi generis affectus conjunguntur, etsi urinæ non indicent illius partis privatæ affectum, tamen ab eâ rectè ex signis cruditatis & coctionis prognostica salutis & mortis hauriuntur; & talis est consensus fere omnium partium, ut nulla una pars possit aliquo lethali morbo laborare, quin ex urinâ dignoscatur: nam si morbus sit lethalis, non diu perstat hypostasis, quin aliquo modo varietur. Urina, ut plurimùm tamen fallax est, ut in peste, febribus petechialibus, item in quartanâ, & febribus intermittentibus; si æger optimâ diætâ utitur, ab ipso principio urina apparet cocta, ita ut tempora morborum ex eâ non possint distingui. Item incerta est in omnibus morbis qui extra venas sunt, ut in pleuritide, peripneumoniâ, anginâ, licet febrem conjunctam habeant, urinam parum à naturali statu deflectentem habent morti propinqui. Item urina una & eadem diversis temporibus diversa significat, ut in sanis urina tenuis & cruda indigestionem & obstructiones, in febri acuta delirium & mortem significat: in hydrope sæpe laudabilis urina, & æger interim moribundus. Item fallax urina in ijs qui pituitam, & bilem vomunt, nam laudabiles etiam ubi morti propinqui. Item in ulceribus

gutturis

tuturis, in dysenteria, fluxu hepatico, diarrhœa, & fallax urina in hæmorrhoidibus, condylomatis, ani ulceribus, abscessibus, aut apostematis externis, in nervorum contractionibus, paralysi, podagra, chiragra, ischiadica, arthritide, & ramicum speciebus, musculorum affectionibus, vitijs cutis, pustulis, scabie, lue venerea, nisi adsit gonorrhœa, tumoribus, casu ab alto, percussionibus, vulneribus, convulsionibus, & fracturis, nisi febrem habeant connectam, & tunc signa petita ex inspectione urinæ statum ægri ostendunt. Sæpe etiam in morbis urina est coloris intensi, cùm debet esse remissi, ut in morbis frigidis ob secretricem hepatis debilitatam apparet urina rubra, ut in hydrope, & etiam in doloribus colicis urina sæpe valdè tincta apparet, ubi causa est frigida, & contra urina est sæpe remissi coloris, ubi debet esse intensi, ut v. g. Siquis morbo bilioso laborans, & propter obstructiones in hepate, bilis aliò transferatur ad cerebrum, ventriculum, superficiem corporis, &c. tunc urina non tingitur ubi debet, urina etiam sæpe, licet multùm deflectat à statu naturali, affectum non indicat: ut siquis cephalalgia & tremore cordis laboret, & urinam reddat aquosam, dat indicationes circa methodum medendi quod neque cephalicis, neque cardiacis, sed catharticis insistendum sit, & siquis laborans comate, aut lethargo, urinam rubicundam reddat, contentis saturatam dat indicationem, remedia calida non esse adhibenda.

Præcipuus urinæ inspiciendæ usus est, ut observetur morbi acuti principium, ubi omnia cruda fere

sunt

sunt. Argumentum ubi omnia cruda permanent cum incremento pravorum symptomatum in morbis lethalibus, vel ubi levia coctionis signa apparent in morbis benignis. Status ubi omnia cruda manent cum exitialibus signis in lethalibus, vel ubi manifesta est coctio in benignis. Declinatio, ubi urina cum remissione omnium symptomatum redit ad naturalem statum, unde ex his poterit Medicus certò scire quando alterandum, purgandum, aut cardiacis insistendum sit, & quando crisis futura sit, ipsius perfectionem & malitiam, & utrum ad mortem, vel ad salutem, nisi, ut dictum est, morbus sit valdè malignus. Item urina sæpè causam & speciem morbi ostendit. In morbis chronicis ex urina quotidie inspecta noscere potest Medicus, quibus gradibus accrescat aut decrescat, quo tempore remedia quæ sint adhibenda, & quæ magis proficua, & an natura prævaleat morbo, unde salutis & mortis prognostica. Causæ urinæ sunt vel generantes, vel alterantes: generantes sunt materia, efficiens, & instrumentum. Materia sunt alimentum & potus quæ possunt liquefieri, & in urinam converti. Materia sedimenti quadruplex esse potest. 1. Residuum alimenti quòd concoctionem aufugit (nam qui probè digerunt, nullum vel parvum sedimentum habent.) 2. Portio materiæ pituitosæ crudæ, quæ gravitate sua fundum petit non propter concoctionem. 3. Est excrementum colliquatæ partis quæ pessima hypostasis dicitur. 4. Est pars materiæ morbificæ quæ ideam retinet humoris istius, sive sit bilis, melancholia, &c. Efficiens urinæ est facultas natu-

aturalis dicata coctioni & sanguinis generationi. nstrumenta sunt venæ, arteriæ, renes, ureteres, ve- ca. Causæ alterantes sunt naturales, non natura- s, & præter naturam, ut somnus & vigilia, motus, quies, ingluvies, inedia, balneum, venus, medi- amenta, alimenta, animi pathemata; item ætas, ut uerorum, adultorum, virorum, senum; item sexus, virorum & mulierum urinæ variant. Tempera- entum frigidum vel calidum urinam variat. Anni npestates, Ver, Æstas, Hyems, Autumnus, uri- am variant. Regio calida frigida, humida vel sic- eam variat. Sed omnia hæc non ita variant, ut res ontra naturam in corporibus de quibus postea. ed cautiones quædam sequentes primò tenendæ. urina sani priùs non inspiciatur, non tam facilè um æger cognoscitur; urina est excipienda perfe- a concoctione, at in febribus quovis tempore, on est inutile. 2. Videndum etiam est an ab antè sumptis possit mutari, ut aqua, vino albo, senna, roco, rhea, semine santonico, & similibus. 3. Tota rina una vice emissa est excipienda. 4. Continuò ost redditionem potest inspici, sed integrum judi- um non est ferendum donec quiescat post horam lus vel minùs pro ratione urinæ, quæ aliquando ci- us turbatur, aliquando diutius servatur. 5. In lo- o tepido est servanda, nec nimium frigido, nec aldè calido. 6. Si turbatur à frigore, potest admo- eri igni, ut clarescat pro inspectione, licet etiam spici debeat, dum turbata existit. 7. Matula quie- contineatur, & non agitetur, nisi post inspectio- em. 8. Vas in quo urina inspicienda est, debet esse

clara

clara, perspicua, & omnis coloris expers. 9. Locus inspiciendi urinam, vel est inumbratili, ubi colores melius videntur, nisi locus sit valdè obscurus, vel in sole, ubi, siquid in ea contineatur, melius videtur. 10. Non nimis longe inspicienda vrina, sed ita prope ut odor, si ita opus sit, percipiatur, ut distingui possit ab alijs liquoribus, &c.

Urina sanorum seu optima, est coloris citrini, consistentię mediocris, clara manens ut mingitur, cum hypostasi alba, lęvi, & æquali semper, locum proprium occupante, quantitate potui proportionata, odoris acris, & non fœtidi, saporis mediocriter salsi excreta sine dolore cum sono.

Urina morbosa ab hac deflectit, in colore, consistentia, contentis, quantitate, odore, sapore, dolore, &c.

Alba urina fit talis vel propter admistionem alienę cujus materiæ, vel cum nihil miscetur propter admistionem in fluore albo, gonorrhœa, ulceribus renum, meatûs urinarij, vesicæ, pudendorum, cum nihil miscetur, vel propter potûs copiam, in febribus puerorum, & in pueris lumbricis scatentibus. In febribus valde acutis pessimum signum; phrenitidem denotant, præsertim si in principio non erant tales, sed postea ex bilis maligna metastasi ad caput, & si vires sunt debiles. In ictero pessimum alba urina, nam denotat hydropem instare. Si absque ictero in febri acuta color urinę remittatur, & albescat, convulsiones etiam denotat, absque febri paroxysmum nephriticum monstrat.

Aquea urina in puellis chlorosin indicat, pleriſq

leriſque cachexiam, atrophiam, & eruditatem
præcipuè in febribus, in nephriticis ingruentem pa-
roxyſmum. Qui aquoſam reddunt, difficulter ſpi-
rant, diſtenditur ventriculus, & poſt paſtum dolet
& intumeſcit. In febribus puerorum exitialis val-
dè, ſi in principio flava, aut ſub flava fuerit, & in
omnibus febribus niſi pituitoſis, aliquid dandum eſt
ætati, regioni, tempeſtati, ſexui, vitæ generi. Cry-
ſallina, glauca, *&c.* huc referuntur.

Crocea urina lintea tingens, & ſpumam ex citro
virentem habens, icterum flavum denotat, quo ma-
gis rubet, eo ſecurior, quo magis ad albedinem ten-
dit, eo periculoſior, propter hydropis metum. Ad
lineum colorem degenerans icterum nigrum de-
notat, niſi ab ingeſtis talis fiat, tingitur a rheo,
croco, ſennâ, ſantalis, *&c.* Si lintea non tingit
ne febri, ſcorbutum, & affectionem hypochon-
driacam, præcipue ſi crocea rubicunda, denotat.

Rubeus color urinæ vel eſt præruber, ruber, vel
subruber. Præruber in febribus brevitatem & pe-
riculum denotat. Subruber longitudinis & ſecuri-
tatis eſt index. Ruber mediat inter utrumque.
Urina rubra tenuis quæ eodem modo perſtat, nec
omninò ſubſidet, mala eſt in febribus, & crudita-
tem arguit: Quæ rubra eſt, & poſtea ochræam
ſubſidentiam deponit, longitudinem febris denotat,
ſed abſque periculo. In morbis ſemper urina rubra
eſt melior quàm aquoſa, niſi maneat ſic, nihil depo-
nens, donec vires vincantur. Rubra quæ poſt ſub-
ſidentiam depoſitam flaveſcit, vel non tam intenſè
rubet, bona eſt in febribus & ſcorbuto, non autem in
phthiſi.

Flammea urina diaphoresin continuam denotat & quæ rutilat instar spiritûs nitri cernitur in febr tertianâ. Omnes colores quò longiùs distant ab al bo usque ad citrinum, meliorem coctionem deno tant, nam eo plus humoris tingentis habent; ideó que flava, subflava, spicea, palearis, & isti colore qui parum à citrino distant, cum valetudine, au statu neutro consistere possunt, & nihil sinistri ex i in morbis denotant, sed quòd majorem aut mino rem copiam humorum tingentium notent. Contrà quò magis colores à citrino descendunt ad nigrum eò deteriores, & maligniores.

Urina quid æruginosum, aut diversi coloris in su perficie habens, est signum malignitatis in febre.

Urina viridis ad nigredinem tendens est icteri ni gri signum, aut sanguinis à virulentiâ infecti, & epoti veneni, si cum cordis morsu, lethalis; aliquan do talis excernitur ab hypochondriacis sine noxa In febribus exitiales fere semper, si ab initio appa reant, & diu duraverint cum vomitibus, & vigili convulsionis prænuncia sunt.

Urina livida semper est mala, quia ab extinctione caloris, nunquam in febribus critica, ut aliquando nigra est.

Nigra urina tribus modis fit. 1. Propter adurentem calorem in febribus, & præcessit rubra, viridis aut eruginosa, & malè olet, & exitialis est in acutis omnibus, in principio, augmento, & statu. 2. Fit ab exhausto calore naturali, & præcesserunt viridis & livida, neque malè olet, mortem instare denotat præsertim si tenuis, & pauca sit. 3. Fit propter hu

mo

morem nigrum, à toto vel partibus expurgatum, ut in declinatione febrium, præcipuè quartanarum ſolutione. Melancholiæ hypochondriacæ, à calculoſis, à grumo ſanguinis, à gravidâ, & ijs quibus menſes ſuppreſſi, & à plagâ inflictâ; urina nigra ab epoto veneno lethale ſignum, urina etiam nigra, ſi ſenſim per gradus, procedente morbo, nigredinem exuat, ſæpe non lethalis, etiamſi in principio talis fuerit, ut quotidianâ experientiâ conſtat. Quod in bonis urinis optimum eſt, in malis peſſimum, ut in bonis melius eſt omnem urinam eſſe bonam, in malis contra. In bonis urinis, ſi id quod ſubſidet bonum eſt, primum bonitatis locum tenet, ſecundum bonitatis locum tenet enæorema, & tandem poſtremum bonitatis locum obtinet nubes, in malis, v. g. in urinâ nigrâ contrarium evenit, nam in concoctâ, quò pauciora, eò ſecuriora quò plura eò deteriora. Cocta verò, quo plura & magis univerſalia, eo meliora & contra.

Urina tenuis quæ concuſſa bullas emittit, ſed continuo decidunt, oritur à debilitate hepatis, vaſorum, & cordis, à frigore ventriculi, à potûs nimia copia, ob depravata mattractricem renum, vel a frigore, vel a calore, ut in diabete vel ab obſtructione hepatis, lienis, renum, aut ureterum, & anguſtia, meatuum, per quos cum urina craſſiores partes effluere non poſſunt, vel a materiæ craſſioris ad alia loca tranſlatione. In acutis morbis cruditatem ſignificat, ſi vires debiles, cum ea diu perſeverante mortem; ſin vires validæ in febri non valdè acuta diu durans, abſceſſum in partibus diaphragmate

inferioribus, modo signa salutis adsint, ut pulsus validus, & eurhythmus, appetentia bona, doloris immunitas, libera respiratio, decubitus conveniens, somnus placidus. Si verò febris fuerit acutior; ingens vis caloris materiam sursum pellit, licet crassam, & expectandus abscessus in partibus superioribus, ut parotides, si simul adsint alia signa, ut gravitas capitis, propensio in somnum, surditas, in crisibus nunquam secura, nam recidivam minatur. Tenues cum colore bono salutem, sed longum fore morbum denotant: tenuis vel est instar aquæ, & extremam cruditatem significat; spicea & palearis minorem significat, & adhuc minorem, si aureo aut subrubro colore imbuta.

Urina crassa originem ducit ex crassis, salsis, & crudis humoribus in vasis cumulatis, & cum urinâ expulsis, ab obstructione, ab abscessu rupto in aliquâ parte, à laxitate viarum, aut oppressione caloris nativi, à copiâ crudi succi in febrium initio, & incremento multitudinem causę, virium debilitatem, & pugnam naturę cum morbo significat, at si præcessit tenuis, coctionis initium, imò plenam coctionem in valdè biliosis denotat. Urina crassa vel est clara, seu perspicua, vel turbulenta. Crassa perspicua vel est oleosa, vel non oleosa, oleosa non pinguis, si candida sit, denotat magnam cruditatem, si cum bonis signis; salutem: si cum malis signis, periculosa valdè, si vires constent, longum morbum significat. In valdè acutis quarto die apparens mortem in septimo portendit.

Urina crassa clara non oleosa humoris vitrei admi-

admissionem denotat, epilepticis familiaris. Urina crassa turbulenta, quæ pura mingitur, & post turbatur, est omnium crudorum optima, significat naturam concoctionem aggredi. In sanis si videtur, nisi sit à frigore ambientis, denotat aliquem in morbum esse proclivem.

Urina crassa, quæ turbida mingitur, & postea sedimentum deponit, est etiam bona, modò post subsidentiam depositam liquor reliquus clarescat, significat enim secretionem & separationem incipere, & quò citiùs deponit, eò melius. Urina quæ turbida mingitur, & talis manet; pessima, præcipuè cum virium debilitate, & si in principio non fuit talis, diu durans cruditatem maximam, phrenitidem, & exinde lethargum, aut convulsiones denotat. Sub ea continetur turbida confusa, in acutis malignitatis index pernicioſus. Hæc est differentia inter turbidam urinam, quæ clara erat, & quæ turbida micta est: quæ prius clara erat, nullam transparentiam habet, sed alba est, & instar pinguedinis, & si igni apponitur, clarescit; quæ turbida micta est, transparentia non prorsus destituitur, & etiamsi igni apponatur, nunquam magis clarescit, & urina corrupta à mictione adhæret parietibus matulæ, non corrupta post mictionem non adhæret. In ea quæ turbida micta est, si tam spissa sit, ut imaginem inspicientis reflectat, mors est in propinquo. Turbatæ urinæ affatim fluentes die critico morbum solvunt, at si crassa urina pauca sit, & diu fluxerit in valdè acuta, funesta est.

Contenta urinæ omnia desunt in sanis, vel in

morbosis: in sanis exactam diætam, inediam, labores, vel sudores copiosos denotat; in ægro sine febri, si urinæ color sit spiceus, aut citrinus, obstructiones, picam, cachexiam, hydropem, & similes affectiones denotat. In febri si color sit ruber sanguinis, crasin valdè depravatam, ob cruditatem & corruptionem, præcipuè si tenues, item inflammationes, immodicas evacuationes, ingentes dolores & vigilias in morborum acutorum initijs, & in augmento debilitatem maximam significat, si cum urina passea, magnam corruptelam in vasis significat. In valdè bilioſis qui in principio tenuem habebant urinam, licet neque hypostasis, enæorema, nec nubes in ea distinguantur, modò crassescat, sufficit ad concoctionem, ut dictum. Si urina aliquando habeat contenta, aliquando non, pugnam ferè æqualem naturæ & morbi denotat, & magnam conturbationem humorum: si hypostasis aliquando absit in morbis, sufficit enæorema, & si hoc, nubes; præsertim si sint boni coloris, id est, alba: paucitas contentorum ob causas minores oritur, & levius malum denotat. Rudimentum hypostasis cum alia materia mistæ, cum in calido loco detenta urina hypostasis tantum apparet, in frigido multa materia cum ea subsidet, significat febrium statum mitiorem, catarrhum, tussim, & leviorem dyscrasiam. Si in principio febrium ad tertium vel quartum diem hypostasis maneat, & postea prava aut nulla appareat, naturam sub onere fatiscere aut a multitudine, aut pravitate materiæ indicat. Aspera hypostasis, cùm una pars est crassa, alia tenuis, & sic non

cohærent

cohærent (licet alba) significat materiam rebellem cum calore debili aut oppresso, & proinde evadendi difficultatem. Post albam hypostasin cæteri colores gradatim a bonitate recedunt, ut spicea, pallida, glauca, quia parum recedunt, levitatem affectûs denotant. Flava, aut subflava hypostasis biliosos affectus indicant. Rubra, aut subrubra sanguinem bilioſum inconcoctum denotant; attamen si læves & æquales in urina subrubra, sunt bonitatis participes, licet morbi longitudinem denotent. Nigra, veneta, vel livida hypostasis extremum malum denotant, aut a nativi coloris extinctione, aut a summa aduſtione, nisi a permistione humoris nigri critice excernantur cum euphoria. Differentia inter colores substantiæ urinę, & contentorum hæc est, quod, quo longiùs colores substantiæ urinæ deflectant a citrino ultra citraque, eo pejores sint; in cótentis vero quo longiùs ab albo recedunt, eo gradatim deteriores. Alba contenta, vel depoſita plurima, postquam urina a frigore turbatur, ventriculi impuritatem, aut lumbricos denotant. Si, postquam frigori exponitur, rubrum deponat, crapulæ, phthiseos, febris inchoatę, aut declinantis signum est; si vero febre non desinente manet crassa, & nihil deponit, pernicioſum signum, ut dictum; nam urina contentis saturata nihil neque in calido loco, nec frigido deponens, neque ab igne clarescens, est urinæ jumentorum similis, & pessima, toties ab Hippocrate damnata, sine febre diu durans, est cachexię confirmatę signum. Urina quę non nisi plurium dierum spatio contenta deponit in febrium ma-

morboſis: in ſanis exactam diætam, inediam, labores, vel ſudores copioſos denotat; in ægro ſine febri, ſi urinæ color ſit ſpiceus, aut citrinus, obſtructiones, picam, cachexiam, hydropem, & ſimiles affectiones denotat. In febri ſi color ſit ruber ſanguinis, craſin valdè depravatam, ob cruditatem & corruptionem, præcipuè ſi tenues, item inflammationes, immodicas evacuationes, ingentes dolores & vigilias in morborum acutorum initijs, & in augmento debilitatem maximam ſignificat, ſi cum urina paſſea, magnam corruptelam in vaſis ſignificat. In valdè bilioſis qui in principio tenuem habebant urinam, licet neque hypoſtaſis, enæorema, nec nubes in ea diſtinguantur, modò craſſeſcat, ſufficit ad concoctionem, ut dictum. Si urina aliquando habeat contenta, aliquando non, pugnam ferè æqualem naturæ & morbi denotat, & magnam conturbationem humorum: ſi hypoſtaſis aliquando abſit in morbis, ſufficit enæorema, & ſi hoc, nubes; præſertim ſi ſint boni coloris, id eſt, alba: paucitas contentorum ob cauſas minores oritur, & levius malum denotat. Rudimentum hypoſtaſis cum alia materia miſtæ, cum in calido loco detenta urina hypoſtaſis tantum apparet, in frigido multa materia cum ea ſubſidet, ſignificat febrium ſtatum mitiorem, catarrhum, tuſſim, & leviorem dyſcraſiam. Si in principio febrium ad tertium vel quartum diem hypoſtaſis maneat, & poſtea prava aut nulla appareat, naturam ſub onere fatiſcere aut a multitudine, aut pravitate materiæ indicat. Aſpera hypoſtaſis, cùm una pars eſt craſſa, alia tenuis, & ſic non

cohærent

cohærent (licet alba) ſignificat materiam rebellem cum calore debili aut oppreſſo, & proinde evadendi difficultatem. Poſt albam hypoſtaſin cæteri colores gradatim a bonitate recedunt, ut ſpicea, pallida, glauca, quia parum recedunt, levitatem affectûs denotant. Flava, aut ſubflava hypoſtaſis bilioſos affectus indicant. Rubra, aut ſubrubra ſanguinem bilioſum inconcoctum denotant; attamen ſi læves & æquales in urina ſubrubra, ſunt bonitatis participes, licet morbi longitudinem denotent. Nigra, veneta, vel livida hypoſtaſis extremum malum denotant, aut a nativi coloris extinctione, aut a ſumma aduſtione, niſi a permiſtione humoris nigri critice excernantur cum euphoria. Differentia inter colores ſubſtantiæ urinę, & contentorum hæc eſt, quod, quo longiùs colores ſubſtantiæ urinæ deflectant a citrino ultra citraque, eo pejores ſint; in cõtentis vero quo longiùs ab albo recedunt, eo gradatim deteriores. Alba contenta, vel depoſita plurima, poſtquam urina a frigore turbatur, ventriculi impuritatem, aut lumbricos denotant. Si, poſtquam frigori exponitur, rubrum deponat, crapulæ, phthiſeos, febris inchoatę, aut declinantis ſignum eſt; ſi vero febre non deſinente manet craſſa, & nihil deponit, pernicioſum ſignum, ut dictum; nam urina contentis ſaturata nihil neque in calido loco, nec frigido deponens, neque ab igne clareſcens, eſt urinæ jumentorum ſimilis, & peſſima, toties ab Hippocrate damnata, ſine febre diu durans, eſt cachexię confirmatę ſignum. Urina quę non niſi plurium dierum ſpatio contenta deponit in febrium ma-

lignarum ſtatu redditur, & malam criſin, aut diuturnum ſaltem, aut periculoſum morbum portendit, ſi vires conſtent, quæ cito deponit; contra. Quando in urina quæ aliquandiu ſteterit, quaſi arenulę, aut cryſtalli matulę adhęrent, aut cremor ſupernatat, quæ ſalina concretio eſt ab igne indureſcens, prodit calorem renum & hepatis; cernitur etiam in affectione hypochondriaca, ſputo ſanguinis, & declinatione febrium, quando ſanguis a natura dulci ad acidam inclinat. Quando urina matracium nebula albicante inficit, niſi febris ſit valde maligna, nihil ſiniſtri indicat; ſed eſt nota incipientis coctionis. Cum humores crudi, craſſi, & mucoſi ſubſident in urina, ſi cum magno dolore mingatur, calculi grandioris in veſica ſignum eſt, ſi cum minore dolore, ex crudo renum, aut vicinarum partium ulcere, aut abſceſſu fit; ſi prorſus abſque dolore cacochymię totius corporis, & cruditatis in ſanguine eſt ſoboles, vel a fiſtula in vijs urinarijs: Videtur etiam in ijs, quorum renes replentur calculis grandioribus. Sedimentum craſſum in longis morbis, bonum; in acuto malum eſt. Si urina ita contentis ſaturata ſit, ut, dum adhuc calet, turbari incipiat, febrem lentam, ſed mitem ſignificat, longitudinem, non periculum minatur. Si urina contentis ſaturata non ad fundum ea deponit, ſed in medio urinæ a ſuperficie ad fundum uſque pertingant, delirium ferinum portendit, aut comitatur, ut & etiam ſuſpenſum rotundum, dum a medio ſurſum natat.

Sedimentum farinaceum, id eſt, inſtar craſſioris farinæ

farinæ, si urina sit cocta, fit a vitio renum & viarum, in inconcocta à totius vitio in febribus, est longitudinis & periculi signum.

Sedimentum squammosum, aut lamineum cum coctâ urinâ, ulcus in vijs urinæ cum fœtore denotat, in cum crudâ in febri, pessimum colliquationis signum.

Sedimenta furfuracea, quæ squammis crassiora sunt, cum urinâ coctâ, vesicæ scabiem, cum crudâ in febribus exustionem partium denotant, & pessimum signum.

Cum urinæ denique naturaliter se habent, contenta præternaturalia insunt, ut pili, pus, sanguis, semen, sanies, fluor albus, lapides, arenæ, *&c.* alicujus partis aut in aut circa vias urinæ, denotat affectum.

Corona, quæ est linea umbrâ depicta, quæ ambitum superficiei urinæ claudit, in urinis tantum cernitur, ubi vires ægri morbum vicerint, vel ubi ab ijs victæ jacent, ubi pugna æqualis, non videtur, si vincat natura, ad album colorem accedit, sin vincatur; ad lividum, vel nigrum; quare urina rubra cum coronâ albâ bona æstimatur, cum livida vel nigra; mala.

Bullæ ambitum urinæ, seu coronam occupantes, si densæ & paucæ, sicut spuma, fuerint, magnum capitis dolorem notant, quò minùs albæ cum urina tenui, eò dolores intensiores; quò magis albæ cum urina spissa, & à corona versus mediam superficiem recedunt, eò remissiores, atque hæc potissimum in febri acuta. Bullæ per totam superficiem palantes debili-

debilitatem coloris nativi, flatus multos, catarrhum ad pectus, ſeminis fluxum, anguſtiam & frigus re num, vel longam ęgritudinem ſignificant, hoc not intelligendum de bullis ab urinæ violenta redditio ne factis, aut à concuſſione.

Cùm hypoſtaſis, enæorema, & nubes loca pro pria non ſervant (nam hypoſtaſis neque fundum tota tangere debet, nec procul ab eo recedere, enæorema in medio non debet ad ſuperiorem ne que inferiorem à ſibi proprio loco tendere, nube ſuperficiem tangere debet, & non procul ab ea re cedere ad locum enæorematis) ſignificat coctio nem infidam, & minùs æqualem, & longitudinem & contumaciam morbi.

Urina pro parvo ſpatio poteſt peccare in exceſſ & defectu, cum diatheſi non multùm inſalubri, ſe non diu.

Quando urinæ ęgrotantium in larga nimis quan titate, pro ratione potûs aſſumpti, ſi ſequatur urina ſuppreſſionem in hydrope, rheumatiſmo, podagra & nervoſi generis affectibus, in febrium criſibus aut ſponte, aut diureticorum uſu id fiat, morbi de clinationem, aut ſolutionem denotat.

Si in conſtitutione gracili fiat, abſque præcitat affectibus, tendentiam ad tabem aut atrophiam ventris aliter ſtipticitatem, aut paſſionem diabeti cam ſignificat. In febribus malignis ubi à principio & ſic non criticè, colliquationis ſignum lethale Pauca urina, vel indicat paucitatem potûs, cibos ſic cos, immodicas evacuationes per ſedem, vomi tum, aut ſudorem, aut tranſpirationem, &c. hi abſen

sentibus magnum incendium, & in febribus ar-
ntibus, aut malignis lethale est. Fit etiam pauca
na, aut propter labores nimios, propter fluxum
i ad alias partes, ut in hydrope, aut propter ob-
ructiones, aut angustias renum, & tunc eveniunt
cerum intumescentiæ, catarrhi, nervorum con-
lsiones, tumores œdematosi, diathesis calculosa,
fluxus omnis generis, vel ventris, vel ptyalis-
us.

Urina absque omni odore in febribus, pessimum
gnum extincti caloris, absque febri, magnam cru-
tatem denotat: fœtida, aut graveolens nisi ab as-
mptis, aut ulcere viarum, aut à diuturna in vesica
tentione in febribus acutis, pernicioſum valdè: nisi
die critico fiat cum tolerantia & conferentia ęgri:
æteri odores omnes urinæ fiunt ab assumptis, ut à
rebinthina assumpta violas redolet, &c.

Urina valdè salsa damnatur, ut acris, amara, aci-
a, dulcis autem medio modo se habet. Dolor in
xcernendo urinam, indicat vel viarum obstructio-
em, aut ipsius acrimoniam, aut viarum ulcera, in
rinæ profluvio critico acrimonia laudatur.

Urinæ silentium vel indicat colliquationem, &
st pessimum signum; vel excretionem humoris pi-
uitosi & mucosi, & signum est cacochymiæ totius
orporis, ut supra.

A pondere urinæ nullum rectum prognosti-
cum desumi potest, nam cocta urina potest esse
& gravis, & levis, uti videre est in urina conten-
tis saturata, quæ sedimentum postea deponit, &
ea quæ est saturata, & non deponit, debet pondere

aquam

aquam pluviam tantillum ſuperare.

Si urina prorſus à naturali ſtatu alienetur quo colorem, conſiſtentiam, contenta, quantitatem m jorem vel minorem, odorem, ſaporem, &c. exiti le valde, licet aliquando contrarium cernatur i criſi per perirrhœam: aliquando fit cum alba craſſa, aliquando cum tenui & cruda, ſed rara n ſunt artis. Judicia de morbis leviora ſunt, quæ ſ muntur a colore urinę, quam a conſiſtentia; & h leviora & minora ſunt quam a contentis, quæ ce tiora prębent indicia, nam plus roboris facultatu requiritur, in incraſſando urinam tenuem, & in a tenuando urinam craſſam, quam in mutando ej colorem, nam ad id ſufficit parum ſucci tingenti contento verò non poſſunt gigni, ſeparari, & e pelli, niſi a conſtanti virium robore.

A colore datur rectius indicium de conditio humoris peccantis, ſed de robore & debilitate v rium a conſiſtentia, & contentis, ut dictum. A conſiſtentia urinæ opaca eſt pejor ea quæ caret o ninò contentis, imo tenuibus, & diſcoloratis, h enim cruditatem oſtendunt, quæ tempore po teſt emendari; opacitas virium inemendabile de notat.

Odor urinę in ulceribus viarum certius prębe indicium quam colores, aut contenta. Omnia mal ſigna in urinis eò pejora, quò magis morbus pro ceſſerit. Omnia contenta ſive bona, ſive mala, qu fundo matulę propiora (niſi matulam tangant ex toto) eò celeriorem exitum oſtendunt, ſive ad vi tam, ſive ad mortem.

In febri hectica nullum certum indicium ab urinæ ferri potest, quia à sanis parum differt. Item in morbis valdè pestilentialibus, & febribus malignis ubi est laudabilis urina, quia cor tantùm in istis laborat, œconomia naturali adhuc salva, unde coctio urinę, quia tota materia morbifica exitiali metastasi ad cor fertur; & sic nihil ejus cum urina excernitur. Sed neque diu potest urina laudabilis permanere, licet in principio fuerit talis, nam urina bona non diu manet cum pessimo pulsu, nam regulix facultas cùm in una parte valdè labitur, citò aliis deficit. Signa petita ex optima urina certius bonum salutis præbent (in morbis ordinarijs) quam ex optimo pulsu, sed pessimus pulsus multo certiùs mortem portendit, quam pessima urina; nam si vitalis facultas prostrata, naturalis nunquam illam jacentem erigere potest, at vitalis florens naturalem subsequentem restituit sæpissimè.

Urina damnatur, quæ cito & per saltum transit pernicioso ad coctam, nam per media debet fieri transitus ad extremum, & natura ordinatè agit per gradus.

Quibus incipiente morbo urina est crassa, eos purgare convenit, nisi aliquid obstiterit.

Cujus urina in morbo diuturno instar sani semper permanet, is a morbo non evadet.

Quibus diversę sunt urinę, ijs in corpore vehementis, est turbatio.

Quando neque in substantia, calore, aut contentu urinę ullum apparet coctionis rudimentum, neque purgantia aperitiva, aut diuretica sunt exhi-

exhibenda, quia materia eſt inepta.

Urina alia eſt vacuatoria, alia indicatoria, ut ch
pleuritici, & peripneumonici interdum expurga
tur per urinas, videntur pravi, cùm humoris fœx p
eas expurgatur, cum liberatione tamen ęgri,
dictum de perirrhœa.

Si bona urina fluxerit, ſignum eſt ureteres, r
nes, veſicam, & totum corpus valere, at ſi m
fluxerit, poteſt eſſe, ſic licet renes, ureteres, & v
ſica benè valeant pari modo, ut fit in fluxu per
vum, benè valentibus interea inteſtinis v. g. pi
guis urina, vel fit a renum colore & phlegmone,
ex colliquamento totius corporis, benè valentib
renibus.

Purulentę urinę, quæ uno die tantùm fluunt, fu
criticę & bonę, ſed quæ longo tempore ab ulce
bus aut fiſtulis viarum, & peſſimę ſunt; a qua aute
parte fluant purulentę urinę ſic dignoſcitur. Si
ulcere veſicę, pus non miſcetur urinę, ſi a renib
inęqualis erit miſtio, ſi a pulmone, aut alia par
exactè urinę permiſcetur; quæ à pulmone & pleu
fluit, eſt fœtoris expers, quæ à renibus fluit n
valdè fœtet, quæ vero a veſica, & matrice ulcera
peſſime fœtet.

Pinguis urinę quatuor ſunt gradus. Primus gr
dus eſt, cum aërea pinguedo ei ſupernatat. Secu
dus gradus eſt, cùm ſtillę pingues urinę immi
ſunt. Tertius gradus eſt, cum urinę ex toto olea
ut in Dreamadis uxore, lib. 1. Epidem. ſect.
Ægrot. 11. & in Pario lib. 3. Epid. ſect. 3. Ægr
to 1. Quartus gradus eſt, cùm non ſolùm t
ſu

substantia urinę pinguis, sed & sedimentum pingue: nam licet pinguedo sit aëreę naturę, & sursum vergat, hoc intelligendum est, dum admiscetur alij liquori, sed una pars pinguedinis potest esse gravior alia, nempe quæ cum graviori corpusculo a partibus solidis avulsa est fundum petit. Hæc videntur tantùm raro, in acutissimis, & colliquativis febribus, & in calidis regionibus, quas in Prognosticis describit Hipp, ut laborantes tertio die, vel citiùs habeant faciem Hippocraticam.

SECTIO XXVI.

De Prognosi ex Alvi dejectionibus.

ALvi dejectiones duplicia signa suppeditant, ventriculi & intestinorum temperiem & coctionem primario, secundario, hepatis, lienis, cerebri, & partium adjacentium affectiones, quę cum ijs nervis, membranis, venis, & arterijs communicant, denotant, & quatenus humores ex alijs partibus ad intestina confluentes manifestant. Alię sunt naturales dejectiones, & salubritatem, ut plurimùm ostendunt. Alię sunt prętернaturales, & partium affectiones significant.

Naturales dejectiones sunt, quæ substantia non sunt nimis liquidę, durę, nec siccę, continuæ, & per omnes suas partes uniformes, & æquales. Colore mode-

moderatè flavæ, seu subrufæ, odore non valde fœtidæ, & quæ consueto tempore, & post per actam concoctionem, sine difficultate excretæ, quantitate assumptis proportionatæ. A naturalibus igitur deflectentia peccant substantiâ, consistentiâ, quantitate, colore, odore, temporis excretionis intervallo, in contentis, & in tolerantiâ ægri.

In consistentiâ & substantiâ excrementa sunt dura, sicca, glutinosa, liquida, dispersa, ac divulsa. De duris Hipp. 2. Aph. 6. & etiam in Prorrhet. Si intercepta alvus, parva, nigra, & in spiras convoluta demiserit, & per nares eruptio fiat; malum: si durities alvi non sit ex alimentorum siccitate, naturali temperie, exercitio vehementi, ex urinæ crebrâ aut largâ profusione, continuo & largo sudore, intestinorum obstructione, aut propter longam in ijs moram. Omnes istæ dejectiones, quæ similes caprarum, damnantur valdè, & præcipuè cùm nigræ (nisi ab ingestis tales) nam aliter flagrantem & ardentem in medio corporis affectionem significant, & ob eam siccę brevi tempore fiunt, & aduruntur. Glutinosa & exigua dejectio est prava, 2. Prog. 22. Quia adurentem calorem ostendit ichorem absumentem. Lævis dejectio, & si ex bonis humoribus optima; tamen si ex pravis sit, quò magis lęvis, & æqualis, eo deterior.

Si morbus à liquidâ alvo inceperit, modò talis permaneat, semper periculosum valdè ex Avicennâ, si verò paululùm quiescat, & simul crassescat in vel prope statum, bonum signum, ut 2. Prog. 14. Dejectio liquida multum ex usu est, si non stridea[t], nec

nec crebrò, aut paulatim excernatur, frequens enim insomniam facit; at si universim, & sæpe dejiciatur, periculum defectionis animi imminet, & hoc etiamsi ipsis sentientibus fiat.

Igitur dejectio non debet esse nimia, id est, ut non sit frequens, licet pauca, & non sit nimis, licet rara, nec frequens & copiosa, quæ omnium est pessima, licet sit pravi humoris, ut videtur in empyis & hydropicis, quando universim educitur tota aqua & pus. Liquida, crebra, & pauca, etiam mala multifariam indicat virtutem expultricem, irritatam aut debilitatam, & qua liquida humores mitti pravos ab hepate, & alijs partibus, aut ab alteratrice intestinorum debilitata, accendit etiam febrem ob crebritatem, & somnum adimit, vires frangit, & impedit pepasmum vigilijs.

Hydropici qui ex hecticâ intemperie illam contraxerunt à dejectione multâ liquidâ, sive naturâ, sive arte prolicitâ, licet ab eâ juvari videantur, citiùs moriuntur.

Si multa sit liquida dejectio in principio morbi constantibus viribus confert, & etiam in leucophlegmatiâ, si vires non prosternat. Ut excrementa, si liquida sint, in principio morbi crassescere oportet ad bonam crisin, sic, si fuerint dura, in principio & augmento liquefieri paulatim ad crisin instatu debent, utrumque indicat naturalem crasin intestinorum redire.

Dejectio pauca unâ tantùm vice fit, vel in pluribus: si una tantùm vice, est pene mortale, ut ait Galenus 1. Prorrhet. textu 2. Comment. 47. Hoc fit vel

ratione irritantis materiæ, non valente natura eam tolerari ad crisin, vel à debilitate virium materiam aggredi tentantis, & non expellere valentis. Si pluribus vicibus fit, vel continuis, vel interpolatis: si pluribus, vires dejicit, lassitudinem, & animi defectum inducit, & febrem auget, si interpolatis, & valdè pauca, est etiam mala, quia nihil paucum criticum.

Liquida dejectio, aut criticè fit, si tempore debito superveniat à vi naturæ triumphantis; vel symptomaticè ob materiæ morbificæ molem & pravitatem expultrice facultate lacessita deturbatur; quæ fit vel ob labefactatam alvi œconomiam, ut, si debita chyli anadosis non fiat obstructis venis, vel ob alteratricem in intestinis labefactatam à superfluo fluore, aut hemorrhagia, vel ob vitia instrumentorum, excretionis videlicet intestini recti & sphincteris; vel cum partes colliquescunt, ab ardore febrili vel ab earum atoma, & imbecillitate, quia alimentalem succum non possunt continere, ut in febri colliquativa, ut fluxu hepatico fit, debilitantur attractrix, retentrix, & alteratrix, ex fluore sanguinis vigilijs nimijs, æstu & malignitate febris.

Si in febribus cibi immutati exeunt, lienteria febrilis est. Fit a triplici causa, vel a multitudine humorum, eorum acrimonia, vel ab imbecillitate, lethale ab imbecillitate, quia abolitam retentricem arguit, quando ab acrimonia, irritatam expultricem arguit, non tam pravum, ut neque a multitudine. Omnis fluxus per alvum, non est fluxus alvi, nam prava semper non sunt excrementa, propter vitium

inferioris alvi, nam satis ventriculo & intestinis quidpiam ex liene, hepate, ex mesenterio, cysti partibus adjacentibus, & ex toto corpore in alvum fluit, & excrementa mutat quoad consistentiam, odorem, colorem, & copiam augens ex superfluis humiditatibus a prædictis partibus natura a multitudine, aut pravitate lacessita in alvum confluentibus (quæ cum omnibus consentit) sic cum excrementa pravis qualitaitbus prædita die fœcundo fluunt, dicuntur critica, signum est non fieri alvi vitio, sed fluore per alvum ab alijs partibus, nam impossibile esset, si ab alvi vitio fluerent, verè critica esse, aliquando etiam in die non critico solvunt morbum affatim fluentes, sed non sine gravi periculo.

Dejectio liquida cum ventre subtumido & exresçente, sive in acutis, sive longis morbis, pessima est.

Dejectio liquida aquosa est prava, nam crudi humoris copiam, & quæ non nisi longo tempore coqui potest, denotat; ideoque in acutis & biliosis pessima censetur, si urinę etiam malę, in mitiori morbo longitudinem denotat 2. Prog. Aphor. 10. Aquosa admodum, aut valdè candida, crocea, ac spumans dejectio, malum. Et 1. Prorrhet. sect. 2. textu 3. Quibus alvus valdè liquida, lassitudo, capitis dolor, sitis, vigilia, obscuritas, & impotentia fuerit, ut mente moveantur spes est.

Liquida dejectio cum pituitosa materia immixta, ventriculi & intestinorum refrigerationem, & appetitûs ablationem denotat, cernitur sępe in senibus paralyticis.

Liquidum chylosum, obstructionem venarum meseraicarum, & ductûs chyliferi, & hepatis refrigerium maximum denotat, & dicitur cœliaca affectio. Liquidum cum alimentis non alteratis dicitur lienteria, ut supra. Liquidum alicujus humoris sinceri colorem referens puta bilis, melancholiæ, &c. diarrhœa dicitur. Liquidum & cruentum, si cum torminibus alvi, dysenteria dicitur; cruentum sine torminibus a hæmorrhoidibus sæpè, fit aut a vena intus ruptâ. Liquidum loturæ carnium simile debilitatem hepatis arguit. De horum omnium prognosi alias.

Liquida, lenta, & pinguis dejectio significat corporis totius, aut viscerum colliquationem: in febri hectica & phthisi cernitur, & in ardente maligna semper lethalis est & est aut in superficie, & cernitur ex se, aut in toto, & impósito excremento in aquam calidam supernatat.

Liquida omnis dejectio cum pravis coloribus et mala, excretio valdè flava redundantiam meræ bilis, & ingens incendium in febribus denotat, qui sincerus humor est effrænis. & ideò talis, quia sufsero destituitur. Mala est liquida cum coloribus pravis in morbis longis 8. Aph. 7. & 20. Dysenteriæ prævia dicuntur in Coac Aph. 43. Quibus procedente egestione biliosa ad pectus rursus amaritudo sentitur, malum. Et 4. Aph. 47. Damnantur semper nisi criticè prodeant.

Spumosæ dejectiones vel in morbis longis fiunt & defluxionem a capite denotant. 7 Aph. 39. vel copiam crudi succi cum flatibus, ut in Prorrhet. sect.

sect. 2. textu 18. vel in acutis fiunt, & damnantur, nam vel à calore æstuante, & adurente, vel ab acri spiritu humores fermentante, & si color biliosus, pessimum ut 1. Prorrhet. sect. 2. textu 15. Dejectiones in spumosas sinceraſque desinentes exacerbant, præcipuè si non solùm in principio, quando fieri naturaliter solet, sed si in fine, ubi cessare debet, augeatur.

Albæ dejectiones in omnibus morbis acutis, præcipuè in inflammationibus internis, maximè cerebri, valdè lethale. Hinc 1. Prorrhet. 13. Phreneticis albæ dejectiones; malum: nam metastasin bilis tingentis ad locum inflammatum denotat. Et Prorrhet. sect. 2. 18. In acutis albicantes, & spumosæ dejectiones malæ, aliquando icterum denotant cum aut sine febri.

Rubræ dejectiones quinque sunt generum. Quando sanguis solâ quantitate peccans, aperto vasis osculo effunditur: & hoc magis vel minùs periculosum pro ratione quantitatis & vasis rupti, solet fieri in suppressis mensibus, mutilatis, & in ijs qui se à consuetis exercitijs ad otium conferunt. Loturæ carnium simile est, & ab intemperie hepatis frigidâ oritur, in febri ardenti pestiferum. Tertia species oritur ulceratis intestinis & acutis morbillis, & variolis exitiale. Quarta species fit vel à cordis caliditate, vel ob diuturnam sanguinis extravasati moram in aliquo loco, aduritur, nigrescit, & deleteriam induit qualitatem; utrumque est malum: at isti grumi in omnibus locis, nisi tempestivè expellantur, pestiferi. Quinta species, cùm

hęmorrhoides aperiuntur, & est fæpè salutaris, si convenienter fiat. In praxi omnes istæ species benè attendendæ sunt, ne decipiatur Medicus, putando omnes rubras esse pravas.

Niger sanguis fit sæpe ob moram in intestinorum anfractibus, & sic difficulter distinguitur ab atrâ bile & melancholiâ. Sanguis niger & melancholia sępè cum utilitate excernuntur, atra verò bilis sola nunquam nisi vi medicamenti electivè trahentis educatur. Aph. 24. sect. 4. Dejectiones atrę & velut sanguis niger, sponte prodeuntes, cum vel sine febri, pessimæ. Item 22. sect. 4. Incipientibus morbis atram bilem sursum, vel deorsum ferri lethale; sed si quando, ut notârunt Galenus, & Ætius, circa declinationem potest criticè evacuari in melancholicis, lienosis, & quartanarijs, modò permisceatur cum alijs humoribus. Item 4. Aph. 24. Difficultas intestinorum, si ab atrâ bile inceperit pessimum. Et ejusdem sect. 23. frequenti experientiâ verificatur, ubi dicit, ij qui ex longo, aut acuto morbo sunt extenuati, si bilem atram excreverint postridie moriuntur. Atra bilis dignoscitur à reliquis excrementis, si in terram projecta fermentet eam, & instar aceti rodat, splendet etiam, & acidum fœtet, nec à muscis, aut alijs animalculis attingitur, estque substantia tenuior quàm humor melancholicus, & magis liquidus quàm sanguis ater & atram sanguinis excretio prœcessit, vel comitatur, videlicet cruenta vomitio, hęmorrhagia narium, &c.

Dejectio viridis & æruginosa quæ calorem

ac

acrimoniam conjuncta habet, morbum pernicioſum denotat, nam ſi ab inflammatione internâ, aut parte principe, eryſipelate laborante, epegeneſin pravi humoris monſtrat, & perennem cauſę generationem.

Livida dejectio, extremum frigus, & partium incipientem mortificationem ſignificat, ſemper prava eſt, niſi ab ingeſtis fiat talis.

Verſicolor dejectio eſt etiam prava 2. Prog. 33. Verſicolor dejectio diuturna eſt, ſed & etiam lethalis. Et textu 21. Quo colores mali plures ſunt, eò pejores.

Dejectio ſummè fœtida, mala eſt, & pauci cum eâ evadunt in acutis, at omnes iſtæ ſpecies excrementorum, ſi in die critico præcedentibus coctionis notis cum euphoriâ excernantur, bonę ſunt.

Bilioſę dejectiones ſiſtuntur à ſurditate ſuperveniente in febribus, ut 4. Aphor. 6. Sic bilioſę dejectiones convenienter factę ſurditatem, & alia ſymptomata ſuperiorum partium ſedare debent. Unde in Coacis, quicunque tumores, fluente alvo, aſſurgunt; mali. In fluore alvi, valdè rutilum & florentem vultum habere, maximam inſaniam futuram denunciat.

Dejectio purulenta quæ à vomica interna rupta eſt peſſima; niſi pus ſit laudabile.

Dejectiones quales ſanorum in febri acutâ ſuſpectę, præcipuè ſi alia mala ſigna jungantur, ut delirium, nigredo linguę, &c. Materia furfuribus, aut lupini corticibus ſimilis in dejectionibus conſpecta;

lethale signum. Omnia prędicta accipienda sunt, ut talia fiant vi morbi in ęgris, non autem ab ingestis.

Flatus cum sono magno exiens stridulo melior est, quum non tam imbecillitatem caloris, quam vehementem motum peristalticum viscerum arguat, ex quo viscerum robur colligitur. Stridor verò spiritum plurimum cum tenui humore, & peristalticum debilem motum monstrat. Si intrò revolvitur flatus, nisi sit ob verecundiam, debilitatem motûs peristaltici, ob dolorem, aut inopiam spirituum arguit. Igitur dejectiones liquidæ malæ quæ cum stridore exeunt, nam stridulus flatus debilitatem caloris, & alteratricis arguit, explosio mala debilitatem peristaltici motûs.

Ventris segnities parit impuritatem vasorum, itaque ut sanitas conservetur, ordo perpetuus equalium periodorum servandus, ingerendi, digerendi, & egerendi. Hipp. 2. Prog. 13. Consentaneum verò & lumbricos rotundos exire cum excremento, ad indicium tendente morbo, nam arguit materiam maleficam sensim à natura superari, & pepasmo mitescere, cum ex ea lumbrici gignantur, nam ex maligna materia non gignuntur, sed necantur, geniti verò cùm sunt, si priùs extiterint, optimum est dejici cum fœcibus, ne superiora petant.

Si in principio exeant, nullam coctionem, sed putredinem excrementi chylosi, & cruditatem denotant si vivi exeant; si verò mortui, non solùm putredinem, sed malignitatem arguit à qua enecantur, in morbi principio cum alijs malis signis, lethale

sæpe

epè etiamſi vivi. Aliquando tamen in maximo humorum orgaſmo ſine malignitate, tam vivi quàm mortui exeũt ſine periculo, quovis morbi tempore ab impetu ruentium humorum detruduntur à proriæ nativitatis cellulis, & motu inteſtinorum peristaltici valido extruduntur.

In augmento morbi ſi exeant, ſunt omninò magni (niſi à cauſa jam prædicta) & talem teſtatur morbum, unde æger 12. 1. Epidem. Comment. obijt, quia vermes quinto die excreverat, in inio augmenti, in declinatione cùm exeunt, omninò oni ominis ſunt.

Non ſolùm debet Medicus conſiderare tempus uo exeunt lumbrici, ſed locum per quem exeunt, olorem quo tinguntur, magnitudinem, numerum, num vivant, vel mortui ſint. Si igitur per nares, ut vomitum exeant, malum; &, ut plurimùm, le ale: præcipuè ſi in orificio ſtomachi diu hæreant, ntequam pellantur.

Rubri albis pejores putantur, teſte Ætio, quia notant peculiarem gradum putredinis naturæ iniiciſſimam. Majores minoribus, & plures paucioibus ſunt pejores.

Viventes lumbrici intra corpus, ſi in proprijs celulis contineantur, non ſunt tam mali, aliquando in uerulis proficui, abſumendo ſuperfluum chylum ui in pravos humores converteretur. Si non conineantur in proprio loco, mali; quia motu multa rava ſymptomata excitant, ut febres, convulſioes, ſyncopen, &c. Si in orificio ſtomachi diu maeant, ut dictum, licet mortui, exitiales ſunt.

Quando

Quando expulsi sunt mortui, nisi sit vi medicamen
pejores sunt vivis, quia venenum intus testantu
ut priùs.

SECTIO XXVII.

De Prognosi ex Vomitu.

VOmitus securissimus, est periodicus, ar
institutus aut à naturę impetu spont
existens ex Hipp. Vomitus vel est cr
ticus, symptomaticus, vel medius int
utrumque, atque id vel in acutis, v
in diuturnis morbis. De vomitu critico, vel bo
est illud Hipp. 1. Aph. 2. in turbationibus alvi,
vomitibus qui sponte fiunt, si qualia oportet pu
gentur, facilè ferunt, sin minùs, contra. Et 2. Pro
textu 28. dicit vomitionem utilissimam esse, si site
pituita bile mista, in die critico non nimis mult
non valdè crassa, nisi morbi causa sit talis, materi
jam cocta, & cùm naturæ morbi respondent, mo
bumque, vel minuat, vel tollat. Vomitus in princ
pio morbi non semper symptomaticus, licet veni
incocta materia, nam tunc etiam diuturnitate co
fert, naturam à sarcina & onere sub levando, no
solùm à natura, sed etiam ab arte institutus, ut
principio continuę, & tertianę intermittentis e
consuevit.

Vomitus in dolore nephritico solet esse utili

niſi diu continuetur, ita ut in æruginoſum tranſeat, & tunc eſt lethalis. Ariſt. ſect. 2. Problemat. 22. dixit: Vomitus magis levant corpora quam ſudores, quod verum eſt, quando craſſi & viſcidi humores in ventriculo, & partibus adjacentibus ſtabulantur. Vomitus magis conducit quam ſudor; quia via eſt magis conveniens ad tales humores excernendos, nam per ſudores non poſſunt excludi, niſi priùs materia eſſet attenuata, & ad habitum corporis propulſa, & id longiori tempore & labore fieret quam per vomitum.

Vomitus ſymptomatici ſeu mali ſunt, qui molestia continua affligunt ægrum ſine ulla allevatione, & in cruditate univerſali morbi.

Sinceri vomitus, & qui materiam morbificam non tollunt neque morbum, & iſti vomitus ſunt pravi. 1. Quia ſignificant humorum concentum eſſe ſolutum. 2. Quia exuſtione febrilis caloris abſumitur pituita. 3. Quum bilis ſit igneæ naturæ quando impermixta, & neceſſariò ſtragem edit. & pituita impermixta nimis algida eſt. 4. Quia vim maximam corrumpentis cauſę indicant, quæ naturam proſternit, nam dum natura concoquit humores, exactè eos permiſcet. E pravis evacuationibus affectiones ſemper pravę, & contra. Atque hæc non ſolùm de vomitu, ſed dejectionibus, ſputis, menſtruis, decolorationibus meracis, & ſanguine meraco intelligenda ſunt.

Vomitus non debet eſſe nimius, quod trifariam fit, ut non ſit frequens, licet paucus, nec nimis copioſus licet rarus, nec frequens & copioſus

ſimul

ſimul, qui citò naturam proſternit.

Vomitus porraceus damnatur ab Hipp. 2. Prog. 39. Talis vomitus fit vel ab eſculentorum viridium eſu importuno, vel ex corruptione interna. Si verò ex caulium, ſpinaciæ, porrorum, & petroſelini eſu cruditatem tantùm denotat, nec valdè malum. Quæ à corruptione oritur, vel fit ex ciborum corruptione, vel humorum in ventriculo, inteſtinis, vel in venis majoribus, vel partibus inflammatione tentatis. Si à ciborum corruptione, ut fit in lactentibus, vomitus, & dejectiones porraceæ nullum grave malum indicant, & provectiores ab humoribus in ventriculo, & inteſtinis putreſcentibus tales evomunt cum validis viribus ſine gravi noxa ſæpe. At ſi in venis majoribus, & ab inflammatione in parte quapiam corporis, puta cerebri, pulmonis, à dolore nephritico ſævo, ab inedia, vigilijs nimijs, porraceus vomitus ſemper lethalis.

Vomitus æruginoſus porraceo deterior, nam præter inflammationem cerebri, delirium, & convulſionem portendit, & ſubitam mortem, ut Philiſco contigit 3. Epid. ſect. 1. hiſt. 1.

Poſt vomitum æruginoſum ſequitur lividus, qui necroſin partium incipientem denotat, niſi ab ingeſtis talis. Poſt eum ſequitur ater, at & porraceus, lividus, & niger aliquando in die critico juvant conſtanti virium robore, exemplo Cleonactidis 1. Epid. ſect. 3. Ægrot. 6.

Si idem homo vomit omnes colores, exitiale admodum eſt, & citò perniciem denotat, ſi malè oleant. Et 1. Prorrhet. textu 26. ſect. 2. Vomitus

cum

um varietate mali, tum alias, tum si se mutuò con-
equantur prope, nisi id fiat vi medicamenti. Mali
i colores sunt, rufus, vitellinus, viridis, porraceus,
eruginosus, cinereus, lividus, niger, ostendunt dia-
hesin pravam, multiplicem, & variam in multis lo-
is, & vomitus talis non juvat, sed perennem novæ
nateriæ generationem denotat, nisi aliquando con-
ingat raro naturæ exemplo in die critico, natura
icem pharmaci supplente, cum euphoria excer-
untur.

Lividus vomitus putredinem cum necrosi deno-
are dicitur ex Galeno, ut supra; & cum vomitus
ducit humorem, aut ex ventriculo, hepate, liene,
nteſtinis, aut partibus adjacentibus, monstrat
uampiam ex istis partibus emortuam esse. Nam,
t dictum, ex pravis affectionibus pravæ evacua-
iones. Si lividus sit vomitus, & etiam fœtidus, pi-
ta est imago mortis in ijs. At aliquando lividus hu-
nor, non fit à mortificatione partis, sed dum melan-
holicus in atram degenerat, livescit; & tunc licet
xcernatur, sæpe mortem non denunciat, & etiam
ividi vomitus à stibio infuso, aut vomitus talis à pul-
ere chalybis assumpto, aut qui ex fugillatâ parte
nternâ, à quâ humor livore fucatus vomitu exit;
sti juvant omnes. At lividi vomitus cum livore &
œtore fixis semper lethalis.

Vomitus ruber, seu rufus, vel fit cum febri, vel
ine febri. Cum febri semper est lethalis, 4. Aph. 27.
anguinem supra ferri; malum. At sine febri, si non
à violentâ ruptione magni vasis, salutaris sæpè ple-
thoricis, & quibus menstrua sunt suppressa.

Vomitus

Vomitus pituitæ concretæ inſtar genituræ à c
lore febrili; peſſimum, & damnatur ab Hipp.
Epidem. textu 48. Vomitus cum alijs pravis ſign
peſſimus, ut 7. Aph. 10. Ab ileo vomitus (ſuppl
ſtercoris) ſingultus, deſipientia, convulſio, m
lum. Et 1. Prorrhet. textu 47. Vomitus exigui b
lioſi cum vigilijs, & ſtillâ ſanguinis ex naribus, qu
nihil paucum criticum, nam vel debilitatem natu
ræ, vel materiæ pravæ copiam, vel utrumque den
tant. Parvæ vomitiones cum vehementi nauſeâ
ptyaliſmo copioſo peſſimæ, quia concutiunt ventri
culum, & ſuccos ex alijs partibus attrahunt, & in
dicant materiam glutinoſam tam firmiter adhærer
ventriculi tunicis, ut non poſſit expelli.

Vomitus ab inflammatione alicujus viſceris, q
juſcunque ſit coloris, ut cerebri, hepatis, &c. peſſi
mus, nam non accedit inflammationi hepatis i
principio, ſed poſtea dum à magnitudine compri
mit ventriculum. Hipp. 1. Prorrhet. Comment.
textu 17. Vomitus faſtidioſus cum voce elangoſ
& pulvere in oculis inſaniam denotat, lacrymæ i
voluntariæ extortio, & rubor oculorum, effugiu
lucis, ſingultus, cum ſequuntur ad vomitum in ac
tis peſſima ſunt. Nam inflammationem cerebri, au
ventriculi notant.

Vomitus convenit magis juvenibus quam ſenio
ribus, niſi a cruditate ventriculi proveniat morbu
aut a bile.

Vomitionem criticam, ut plurimùm excipit lib
ralis diarrhœa quæ morbo finem imponit, & re
quias a vomitu expurgat. Morbi bilioſi potiſſ
mu

um vomitu indicantur, rariùs pituitosi.
Juvat vel lædit vomitus. 1. Ratione partis affe-
e, vel per se, vel per consensum a reliquis parti-
us. 2. Ratione temporis, vel in initio morbi uni-
ersali, aut particulari, vel toto tempore, vel in de-
inatione. In initio particulari paroxysmi juvat,
n semper in initio universali, nam ferè est suspe-
us, nam nihil criticum in principio toto tempore
orbi, prout æger aut morbus, aut id quod excer-
tur se habent, ita de eo judicandum in declina-
semper juvat. 3 Ratione causæ, si a debilitate,
mper malus; si ab humoribus molestantibus, sæpe
vat, sæpe non. 4. Ratione materiæ, nam materia
us, vel est primæ vel secundæ concoctionis, aut
mplex, vel sincera, vel mixta. Si primæ conco-
ionis, vel est ciborum, vel fœcum. Vomitus fœ-
m est pejor ciborum, nisi continuus sit ciborum
mitus. Si secundæ concoctionis, aut sunt humo-
s naturales, aut præternaturales: humores præ-
maturales sunt aut sinceri aut misti. Mistio ex bile
petuitâ est bona, nisi valdè excedat vomitus, at
æ mistiones damnantur, sive simul, sive succes-
, ut priùs. 5. Ratione quantitatis in defectu, vel
uperantiâ, vel mediocris. 6. A continuitate, vel
termissione vomitûs. 7. Ratione annexorum.
ltimò ex consequentijs vomitûs. De omnibus
sce sermo fuit in sectione hac, quænam prognosis
singulis instituenda sit.

Igitur, ut in principio dictum, vomitûs, ut & re-
uarum omnium excretionum, tres sunt differen-
, aliæ sunt absolutè criticæ, & in totum liberant,

aliæ

aliæ absolutè symptomaticæ, & hæ aut mortem a
ferunt ex se, aut gravibus malis ægrum cumula
adhuc procedente excretione: aliæ sunt deniq
mediæ inter symptomaticas & criticas, quæ de h
& illo participant extremo, sed semper sunt ancip
tis judicij. Excretio critica aliquando fit symptom
tica ex eventu, ut in hæmorrhagiâ, sudore, dej
ctione, vomitu enormibus, apertis nimiùm viaru
& venarum osculis, naturâ a profusâ excretio
effœta reddita succumbit, & contra, symptomat
aliquando vertitur in criticam ex eventu, & incep
in die infœcundo sine signis crisimis, parva exc
tione natura proritata, simul cum bonis mala pr
miscue propellit, ita ut exonerata natura ab hum
re qui eam debellabat, vires reassumat, &, ubi m
expectabatur, certa salus sequatur. Illa censen
est optima excretio, quæ plus de morbo quam
viribus tollit; & illa pessima quæ virtutem atte
prosternit, & gravioribus malis ægrum cumul
Mediocris verò, & quæ anceps pollicetur indici
est illa, quæ licet vires dejiciat, morbum tamen
detur aliquantulum imminuere.

SE

SECTIO XXVIII.

De Prognosi ex Sudore.

SUdoris causæ sunt exercitatio vehemens, moles vestium, hidrotica exhibita, vel fit a multitudine materiæ, colliquatione, ex imbecillitate, ex resolutione cum horrore crebro, ab inflammationis vi & dolore, à eruditate, & tandem a perturbatione critica.

Sudores quoque vel sunt critici, symptomatici, vel medij. Critici sunt, qui coctione jam facta, die decretorio, præcedente, ut plurimum, rigore, calidi & copiosi ex toto corpore profluentes morbum terminant, vel leviorem reddunt, non calidi, non ardentes nimis, non frigidi nimis, non crassi vel tenues nimis, non intercepti, id est, modò apparentes modò non, non diu nimis durantes (nam critica omnis evacuatio fit confestim) non insolite fœtidi, qui veniat in fine paroxysmi intermittentium salutaris, Hipp. 4. Aph. 37. Ad sudores febricitantibus boni qui manare cœperint 3. 5. 7. 8. 9. 11. 14. 17. 20. 21. 27. 31. 34. sudores in his diebus cum conditionibus præscriptis indicant morbos, reliqui non, 1. Prog. 26.

Sudores igitur qui accidunt, morbo adhuc crudo singulis diebus indicant maximum apparatum ad

febrem, & materię multitudinem cum alijs perniciosis signis mortem; sine his longitudinem morbi denotant, nam perennem causę generationem indicant.

Sudor igitur multus in febribus morbum non minuens, copiam materię aut morbi longitudinem, & cum in acutis natura impetum morbi diu sustinere non potest, mortem denunciat, ut 4. Aph. 42. Sudor multus frigidus calidúsve semper fluens, frigidus majorem, calidus minorem morbum significat. Et Prorrhet. sect. 2. textu 23. Sudor multus, si cum febribus acutis fuerit, inutilis.

Sudor paucus, malus: quia indicat materiam crassam, glutinosam, meatûs angustiam, atrophiam, aut refrigerationem. Ephidrosis pauca & tenuis, pessima; vel in toto corpore, vel circa caput, frontem, vel juxta nobile viscus aliud; nam non solum est crassioris humoris in tenuem conversio, vel alimenti substantię in vapores, ut fieri solet in alijs sudoribus: sed cum adurens calor pinguedinem liquat, & substantificam partium humiditatem deprędatur, ut in marasmo retorrido, & hectica febri accidit, ut 1. Epid. sect. 3. Ægrot. 8. prędertim si miliaris aut globosus sit, nihil levat. Damnatur in Coacis, Aph. 32. Qui in febri acuta tenuiter & crebrò sudant, cum tensione hypochondrij, ij, ut plurimum, maligno morbo laborant; sed si cum alia critica evacuatione acciderit sudor paucus, humoris ad exclusionem parati signum, ut alvi fluxú, est sæpe bonus, nam materia minoratur etiam ab ea.

Sudor frigidus, si absolute talis, ad sensum &

ægri & tangentis, & si in die infœcundo, & sine notis concoctionis adveniat, periculosus valde, quia, ut inquit Hipp. ejusmodi evacuationes minime utiles sunt, quia vel nullam, vel pravam crisin, dolores, labores, morbi diuturnitatem, recidivam, aut mortem adferunt. Item 4 Aph. 37. Frigidi sudores cum febri acuta mortem, cum medoeri, morbi longitudinem denotant. Dicunt alij frigidos sudores fieri a materia crassa & rebelli, quæ à febri non potest calefieri, quod verum est de tota materia maxime in principio, in quibusdam febribus ex causa heterogenea existentibus, sed quia causa materialis febrium, ut plurimum, non est talis, causa verior videtur esse, quia spiritus deficiunt devicti, & exhausti vi morbi, ut vel propter inopiam non possint humores calefacere, vel quòd habitum corporis frigidum relinquentes, unde sudor transiens, licet fuerit calidus ante appulsum, tamen tunc friget, hac ratione pernicioſi & lethales sunt in acutis continuis, quocunque modo erumpant, sive ex toto, sive ex parte, ut extremis, eoque citiùs, si in die critico fiant, & cum aliquo signo pernicioso jungantur: collapsis viribus si hæc non adfuerint, potiùs longitudinem denotant, ut dictum. Sudor frigidus ex capite, est maximè lethalis, quia debet esse maximè calidus ob tales vapores in capite, sudor calidus solùm ex capite, non malus: quà talis, nisi sit diaphoreticus, sed quà paucus. Sudor frigidus circa thoracem, aut syncopen quæ fuit, aut quæ futura est, præcipuè si paucus, significat.

Sudor qui una cum febri acutâ invadit exitialis;

ut observatur in febri pestilenti, & quondam in sudore Anglico. Hipp. in Coac. Duret. 508. qui vires exolvit, & addit vehementiæ febris, relinquens humores sero suo destitutos, & quia crudi fit morbo, & in principio omnia debent esse mitiora. At si mitis fuerit febris quæ invasit cum sudore aliter sentiendum: nam sudor non est signum æstuantis humoris, sed solùm abundantis.

Sudor universalis non semper bonus, nisi fiat in die critico constantibus viribus, & cum signis concoctionis, & copiosus. Sed licet prædictæ conditiones non adfuerint, si valdè copiosus, ex eventu aliquando criticus est, licet die non critico eveniat modò cum euphoriâ.

Sudores quicunque cum alijs malis signis in febribus, pessimi Coac. Aph. 2. Qui sæpiùs inhorrescunt, capite dolent, & subinde sudant, pessimè habent. Item, frigus extremorum sudori succedens quæ rursus calefieri non possunt. Item, sudor quem horror, & rigor in febribus sequitur, si sit paucus multitudinem materiæ ineptæ indicat, vel est immodicus & diaphoreticus, per quem bonum & maturum affatim exeunt, & naturam resolvi indicat. Item, si cum sudore pravitas urinæ remaneat, sitis inexhausta, inquietatio, vigiliæ, deliria, syncope. 1. Prorrhet sect. 3. textu 23. Dolores cum sudore remanentes exitium portendunt. Item 1. Prorrhet. textu 7. Sudor non solvens hypochondriorum calorem & dolorem; malus. Iterum, cum sudore flammans facies; mala. Et ibidem textu 34. Exsudoribus recalescere, malum. Non intelligitur de sudo-

dam in sudoribus periodicis in accessionibus, sed de de-
8. qui cretorio absolutè. Et Galenus ait 1. de præsagijs
, relin ex puls. Ad pravos sudores sequuntur pulsus ver-
crude miculantes, pulsatio in hypochondrijs cum sudore,
e mitio cardiogmos, torpor, & motûs impotentia, & al-
sudores vus valdè liquida, omnia hæc epigenomena sunt fu-
æstuan nesta. Sudorum manuum livore mortem adstare
denotat.

i fiat in Sudores fœtidi, aut alieno colore præditi, maxi-
his con nam corruptionem humorum arguunt, nisi natu-
condi aliter fiat.

eventu Calidus sudor non semper, qua talis, salutaris,
eveniat nam interdum prope mortem calidus exhalat, li-
quato nectare vivifico ab adurente calore, & reten-
s in fe rice prorsus extinctâ. Differt ab alijs calidis,
horres quòd tenax, & glutinis instar non facile absterga-
ssimè fu r.

cedens Frigidi sudores, licet nunquam perfectè critici,
r quem men, ut priùs, non semper lethales, cùm vel ab
paucus chore frigidi humoris fit, ut in ephemerâ & quar-
est im nâ, aut si ita multa materia fit, ut à calore com-
& ma rehendi non possit, aut quando diffluit à ciborum
indicat materiâ, aut in pluviosâ aëris constitutione. & in
at, siti egione palustri. A privatione verò calefacientis, in
ncope ebre lypiriâ, retracto calore ad systrophicam inflam-
sudore nationem, & quando calor extinguitur, aut à mul-
orrhoi tudine prorsus obruitur, ut non possit eam calefa-
um ca ere, nedum concoquere, attenuare, separare, &
sudor xpellere.

Ex su Sudor diaphoreticus fit dupliciter, vel quando
itur de piritus exolvuntur facultate retentrice penitus
sudo-

extinctâ; vel liquatâ humidi primigenij substanti caloris naturalis pabulo, ut exinde vitalitas exha let. Utraque diaphoresis est ipso jure lethalis Aph 5. Quibus febricitantibus cutis circumtendi tur arida & sicca sine sudore, moriuntur: quibu verò laxa, mollis, & rara cum sudore, intereunt.

Si pars alia magis affecta sit morbo, inde incipi sudor primò promanare in morbo.

Si sudores incipiant erumpere; & postea proti nus desinant, malum est. Colligitur igitur bonita vel malitia sudoris. 1. A tactu qui est calidus ve frigidus. 2. A colore, qui est clarus, citrinus, viri dis, ruber. 3. A sapore, qui est vel salsus, amarus vel insipidus. 4. Ab odore, qui est naturalis ve fœtidus. 5. A substantiâ, quæ vel tenuis est, crassa & viscida, vel mediocris. 6. A quantitate, qua vel pauca, mediocris, vel nimia est 7. A loco, nam vel ex toto erumpit, vel ex parte. 8. A tempore nam vel simul cum morbo in ejus initio erumpit, i critico, vel in declinatione constantibus, vel exolu tis viribus. 9. A consequentibus, nam sequitur to lerantia, vel non, & à signis bonis vel malis eum concomitantibus.

In discernendis igitur sudoribus omnia hæc sun considerandа. Nam alij, ut dictum, sunt perfect critici, olij utiliter profluunt, sed non ex toto libe rant, ut in augmento, aut alicujus quaternarij prin cipio, aut in fine paroxysmi intermittentis, cùm plus de morbo quam de viribus detrahit, talis e medius sudor. Alij rursus utiles, sed cum virium dispendio fluunt, & levamen adferunt. Alij denique simpl

simpliciter inutiles, nunquam levamen, sed ferius ociùs mortem adferunt.

Sudor multus in somno sine manifestâ causâ pleniori uti cibo signum, si verò parcius epulanti contigerit, quòd evacuatione indigeat corpus ostendit.

SECTIO XXIX

De Prognosi ex Hæmorrhagia.

HÆmorrhagia fit in juvenibus præcipuè dum hircire incipiunt, & accrescere desinunt, qui sanguine redundant, & à pubertate ad annum 35. in viris per nares, in fœminis partim sic, & partim per muliebria, quia adest naturalium meatuum libertas, copia, & tenuitas requisita. Potest etiam fieri in virili ætate, & viridi senectâ, modò sanguis abundet, vel cum ex morbo tenuitatem acquirit, sed rarò, & non ita feliciter, at in juvenibus sagax natura solet se sic exonerare etiam tempore salutis, ut se ab imminente periculo liberet: & non solum cum redundat sanguis, sed si alij humores abundent per alias vias, ventrem, sudorem, vomitum, & urinas, scilicet prudenti solertiâ etiam se exonerat. Veris tempore tum in viris, tum in mulieribus fit hæmorrhagia. Est & alia hæmorrhagia morbosa febri ardenti, & alijs morbis propria, &

in primo circuitu, si indicata sit, magis feliciter contingit, in secundo circuitu etiam contingit, sed saepe infeliciter: sepius fit in ijs qui rubicundo sunt vultu, quam in alijs, at cum in vultu saepe subyridis color mutatur, maligna hæmorrhagia à sanguine bilioso, vel pravâ qualitate infecto expectanda est. Omnis hæmorrhagia vel est critica simpliciter, dubia, vel lethalis simpliciter. Criticæ prima conditio est, ut veniat cum signis coctionis in morbi statu. Hipp. 4. de ratione vict. in acut. textu 10. Si è naribus fluxerit sanguis, solvitur morbus cum sudoribus, & urinis crassis & albis, &c. Licet hæc conditio sit optima, tamen quæ in principio accidunt non damnanda, nam non rarò bene liberant, ut confirmat historia Metonis 1. Epid. Neque sine causa, nam sanguis non requirit talem concoctionem quam alij humores, ut critice excernatur, nam in principio morbi utimur phlebotomia feliciter, quia sanguinis evacuatio corpus refrigerat, & transpirabile reddit. Secunda conditio est, ut hæmorrhagia sit larga, non nimia, sed cum euphoria, & sympromatum diminutione, ut in Epidem. Quibus rite & largiter sanguis e naribus erupit, ea de causa maxime servabantur, &c. Larga igitur erit bona in acutis continuis, in calidiori temperamento, sanguine copioso, & bilioso prædito. Tertia conditio est, ut die critico fiat eruptio. In Coac. Aph. 152. Septimo, nono, & decimoquarto fluxus sanguinis e naribus febres exolvit. Quarta conditio: Si in ijs morbis & corporibus contingit, quorum naturæ & conditioni competat, competit autem febribus synochis, inflam-

inflammationibus internis, ut dictum in signis hæmorrhagiæ. Quinta conditio est, ut fit κατ' ἔξιν, ut e dextra nare jecur, & e sinistra lien, &c. Sexta conditio est, ut sanguis neque sit merus, neque dilutissimus. Et ultimò, bona est illa hæmorrhagia, quæ servatis omnibus, aut pluribus conditionibus prædictis, morbum aut radicitus tollit, aut minuit.

Hæmorrhagia dubia, quæ aliquando bona, aliquando mala: ut quando sanguinis stilla exit. Parcam eruptionem Hipp. & Galen. damnant: sæpissimè tamen contrarium videmus quotidianâ experientiâ, ut in Metonis historiâ in Epidem. Igitur distinctio est adhibenda, ubi morbus crudus est omninò, simulque adsunt pernicioſa signa, prorsus est lethale signum. Atque eò magis, si sanguis crassus, niger, & meracus apparuerit, at optima erit parva excretio, ubi morbus non planè crudus, & alia bona signa adsunt, & si proximo decretorio sanguis liberè erumpat; utcunque tamen rarò contingit parca eruptio cum talibus signis, ideò rarò bona est, plerumque pessima perpetuò longitudinem denotat; igitur cum malis signis pessima est, cum mediocribus incerti indicij, cum bonis longitudinem denotat. Symptomatica etiam est, quæ die infœcundo, pari nempe vel intercalari accidit, si tamen larga sit, ut in Metone, quocunque die fiat, non damnanda, nam non requirit talem coctionem, qualem cæteri humores, ut dictum, & etiamsi consuetudo fuit, sanguinem è naribus quotidie stillare Hipp. dicit stillã sanguinis in quarto posse venire ad crisin

in

in septimâ. Et alibi dicit stillam sanguinis in quarto esse pessimam. Sed sic est conciliandus. Cum venit ad crisin, alba præcedit nubecula in urina, cum verò pessima censetur, est cum cruda, nigra, aut perturbata, capitis dolore importuno, convulsione, & cæteris pravis signis. Igitur stilla sanguinis non respectu sui, sed respectu coctionis, cruditatis, & signorum concomitantium consideranda. Symptomatica est etiam profusa sanguinis excretio, licet Hipp. dicat in Epid. Fluxus sanguinis largi ex naribus solvunt multa. Dicit tamen 2. Epid. Quarto die facti sanguinis fluores; difficile judicium. Si benè intelligantur isti textus, nulla contradictio est, nam fluxus sanguinis largi solvunt multa cum coctionis notis in morbi statu cum euphoria in die critico priùs indicato, & καθ' ἕξιν non sanguinis meraci, nec dilutissimi, qui aliter fiunt pravi sunt, & difficile indicium habent, videlicet in principio morbi sæpè, & in augmento cum cruditate, id est, cum nigris, turbidis, subjugalibus, tenuibus, vel aquosis urinis, vel cum nigra & colliquativa dejectione, & alijs pravis signis, nec καθ' ἕξιν.

Hæmorrhagia prorsus lethalis à capitis vulnere & concussione magna, quæ à motu morbi venit, à viscerum exolutione ob sanguinis magnum vitium, retentricis imbecillitatem, à ruptione magnâ magni vasis, & quæcunque est valdè immodica, licet in die bono. Item stilla sanguinis crassi, nigri, & meraci, & quæ fiunt cum pravis signis, ut quæ delirium, aut syncopen accersunt, cum tremore, singultu, aut convulsione, & similibus, ut nigra deje-

dejectione, si non à sanguine ipso talis. Item præ-rubra & æruginosa excretio, nam qui talia excernunt fiunt comatosi, aut convulsi, & alvo inflata pereunt. Item surditas post hæmorrhagiam, lethale; nisi alvi fluxus; aut vomitus copiosus supervenerit. In Coacis notatu digna est sententia, larga hæmorrhagia ex naribus vi ut subitò suppressa plerunque convulsionem inducit, nisi phlebotomia curetur. In Prorrhet. Qui statis periodis fundunt sanguinem fiunt epileptici, aut moriuntur, si suppressio acciderit. Vidi ipse horrendam maniam provenisse in juvene plethorico, à consueta narium hæmorrhagia suppressa. Ab hæmorrhagia profusiore, vel ea intempestivè suppressa oritur hydrops; item à profusiore humectatur alvus, & diarrhœa supervenit. Si diarrhœa, dysenteria, ulcera, abscessus, aut scabies, & similia superveniant post suppressam hæmorrhagiam, supra dictæ affectiones non accidunt.

Capitis dolor, & hebetudo oculorum, sunt signa concomitantia hæmorrhagiam criticam, præcipuè quando hebetudo fit à nimio sanguinis & spirituum influxu, non verò à spirituum inopia, ut in moribundis; ubi splendor evanescit, consumpto crystallino humore, & dissipatis spiritibus, in hoc remanet caligo, sed in critica densę, squammosę, & veluti circulares obversantur caligines, sed fugaces; meliùs videntur ab ipso ęgro, & de ijs accuratè est percontandus.

SEC-

SECTIO XXX.

De Prognosi ex Sputo.

SAliva est materia serosa per os effluens, sine screatu; sputum autem, quod cum tussi & excreatione. In morbis thoracis, oris, ventriculi, & etiam in febribus ab ijs prognosis desumitur. Sic Hipp. Prorrhet. textu 408. Sputatio frequens, & præter morem, si aliud signum accesserit, proximam phrenitidem denotat, in longis vero morbis, & sine febri cruditatis copiam, ventriculi atoniam, & nihil boni denotat, 4. Aphor. 47. Excretiones in febribus non intermittentibus cruentæ, lividæ, biliosæ, & fœtidę omnes malę, quia maximum incendium demonstrant, & partibus summam intemperiem inuitam. In morbis pectoris si sputum coctum prompte & cito intra tres dies appareat, vel ultra septimum non extendatur à quo inceperit morbus, ac sine insigni dolore, aut magna tussi, aut conamine ejiciatur, morbum breviorem denotat. Si autem cruda, aut tardiùs appareant, & cum magna difficultate ejiciantur, quia nimis crassa, lenta, tenuis vix 14. aut 20. die æger liberabitur; si nihil expuatur vel parum, longus erit, sæpissime lethalis morbus, quia in tam longo morbo vires succumbere necessum est, atque, ut Hipp. dicit in lib. de

de victu in acutis, textu 36. Priusquam dolor solvatur intereunt.

Flavus humor si sputo exacte permisceatur inchoatæ coctionis, & roboris naturæ indicium, sin vero in excretis quid sincerum sit, aut seorsim excernatur, aut una parte flavescat, alia albicet, facultatis concoctricis debilitatem significat, morbique longitudinem & pravitatem. Omne sincerum, ut album, flavum, viride, lividum, quò magis accedit ad nigrum (nisi fiat à grumo sanguinis) ad atræ bilis naturam propiùs devenit, & sic gradus malitiæ denotant, si ijs crassities ac tenuitas jungantur. Si sanguis per exsudationem primis quatuor diebus aut septem adveniat, & permisceatur sputis (nisi nimis, aut valdè cruentum à ruptione vasis per vehementem thoracis compressionem; aut ab acri erodente, quæ nihil de parte inflammatâ excludere potest) citam morbi solutionem denotat, & contra. Sputa purulenta & viscosa damnantur ab Hippocrate item candida, glutinosa, & rotunda, quum nihil humoris facientis inflammationem educant. Item in Coacis damnat sputa purulenta; bilhosa. Reliqua in sect. de abscessibus. Spuma in ore quæ fit ab aliquâ causâ procatarcticâ absque morbo, à vehementi irâ, cursu, exercitio, nihil mali, aut periculi denotat. Spuma in ore febricitantium semper mala, æstum internum cum agitatione humorum maximâ denotat: atque ea etiam quæ fit in epilepticis, mala est. At in apoplecticis, suffocatis, & animi deliquio, semper pessimum, quia fit ab extremo naturæ conatu excludente pulmonum fuligines: unde 2.

Aph.

Aph. 43. Qui suffocantur, & animo linquuntur, nondum tamen extincti sunt, nunquam tamen evadunt, si illis spuma circa os apparuerit.

SECTIO XXXI.

De Prognosi ex Muco Narium, Lacrymis, Aurium sordibus, Lacte, &c.

SI materia ista mucosa, sit acris, & serosa, & diutiùs præter morem fluens, ulcera narium adfert, & si subitò sistatur sine alia evacuatione superveniente, & recurrat ad interiora cerebri, morbos sæpè producit, ut apoplexiam, lethargum, &c. ob subitam substantiæ ejus, aut ventriculorum repletionem. Ad pulmones descendens asthmata, tusses, & phthisin ipsam non rarò inducit, nam qui illis tentantur morbis, nares habent aridas: si verò ab ijs incipiant fluere, nisi sit per epigenesin à multitudine causæ; bonum est signum, ut in Epidem. 6. 35. Plurimi quibus ex morbo nares fiunt humidæ, meliùs se habent, quia vacuatur causa morbifica, quæ in cerebro est, 6. Aph. 2. Quibus nares naturâ humidiores, & genitura humidior, ij minùs prosperâ sanitate fruuntur. Intelligendum est de materia serosa acri importunè extillante. In pueris robur cerebri indicat mucosa materia largiter excreta.

Lacrymæ sunt voluntariæ, aut involuntariæ.

Lacrymę

Lacrymæ involuntariæ insaniam præsagiunt, aut summam cerebri debilitatem, unde damnantur, 4. Aph. 52. & signa lethalia sunt, nisi adsint signa coctionis, & fugaces sunt ad crisin, hæmorrhagiam denotant; aliter, si signa prava adsint. Spontaneæ nihil pravi significant, sed à mulierculis sæpè pro crisi habentur, & revera animi mœrentis sunt crisis. Lemæ verò, & crassiores sordes oculis adhærentes, vel quæ arenularum instarum oculum interiùs infestant, mali & vehementis morbi signum, præcipuè in phrenitide & lethargo. De his alibi fusius.

Aurium sordes, quæ naturaliter sunt amaræ & flavæ, dulcescere & colorem mutare in febribus, pessimum, ut 6. Epidem. Nam fit vel à colliquatione cerebri, aut ob extinctum calorem naturalem in febri acuta. Si sine febri non solum saporem & colorem, sed etiam consistentiam mutaverint, cerebrum debile; & humiditatibus abundare denotat, præcipuè ijs accidit qui hemicrania tentantur. Cerumina aurium pueris familiaria, quia expurgant feliciter cerebrum humidius per istos ductus. Aurium fluxiones periodicæ in adultis feliciter eveniunt, liberando cerebrum ab excrementis superfluis. Hipp. 4. Epidem. vidit juvenem quendam judicatum crassis sordibus magna copia ex auribus fluentibus, videbatur caro aut lethargo laborasse.

Gravida aut lactans si febre detineatur, & lac profundat è mammis alieno colore aut sapore imbutum, magnam cacochymiam denotat, & retentricis & concoctricis summam debilitatem, si tenuius

&

& serosius sua sponte fluat: quòd si subito exsiccetur & evanescat, magnum incendium significat, aut materiæ alibilis depauperationem, & periculosum valdè, vel si subito refluat ad interiora, magnam putrilaginem, aut metum suffocationis adfert.

Seminis effusio, & mentulæ tentigo in morbis, certissimum convalescentiæ signum, & roboris naturæ validi, quo abutentes juvenes, sæpissimè recidivam patiuntur in convalescentiæ principio.

SECTIO XXXII.

De Prognosi ex Abscessu.

QUotiescunque vacuationes manifestæ confertim factę, ut in crisi, vel paulatim & partite, ut fit in lysi per urinas, dejectiones, sudores, &c. locum non habent, vel sufficienter non fiunt. Natura provida sarcinam deponit ad cutem, ubi efflorescentiæ, exanthemata, pustulæ fiunt, aut per diadosin, aut metastasin, vel in aliquam partem ubi generantur tumores, vel abscessus per decubitum talis materię. Abscessu indicatur, 1. Febris diuturna ex Galeno, potius quam excretione, quia quanto longius à principio morbi, tanto conatus ad crisin debilior. Hic intellige, cum morbus ęqualiter in acutie procedit, quare si lentus in principio, & rursus acutiem acquirat in medio non abscessu, sed

sed crisi judicatur. 2. Abscessu non judicantur solum longi & acuti ex decidentiâ, sed & simpliciter acuti, & peripneumonia, & lethargus abscessu post aures, aut sanie stillante ex auribus, aut materia transpositâ ad inferiora, item variolę & morbilli. 3. Abscessus fiunt in omnibus fere febribus, si illorum tempore pleniori utuntur cibo, qui non potest confici à calore aliter occupato. 4. Non solum crassus est humor, à quo fit abscessus, sed aliquando cùm abundant calidi & tenues humores cum virium imbecillitate, non valente naturâ per crisin expellere: nam ut fiant abscessus requiritur valida virtus, præcipuè cùm crassus est humor, aliter maneret immobilis intus in ægri perniciem, ut accidere solet in senibus, ubi humores sunt multi, aut crassi, crudi, & frigidi, & virtus debilis, non expectandus est abscessus, licet protrahatur morbus, sed vel mors, vel coctio tandem post longum tempus, si eam aufugerint.

Tempus etiam, & regio frigida concurrere solent cum naturâ frigidâ ad abscessus faciendos. Hipp. 1. Prog. textu 29. Hyeme fiunt abscessus, minùs retrocedunt, & tardiùs desinunt. Galenus ad Glauconem dicit, quòd molliores & submersæ febres diu durant, & abscessu terminantur maximè. Item, si alvus sit suppressa diu cum tenui urinâ, expectantur abscessus ad articulos, & dysenteria intempestivè suppressa facit abscessum in viscеribus aut articulos. Hipp. 4. Aph. 31. ait, lassitudinem habentibus circa maxillas, & in articulis fieri abscessus. Et in Coacis, Quibus in febribus cessant tremores

citra indicationem progressu temporis fiunt abscessus doloroſi ad articulos ſuppuratos. Quum quidam ſenes fortes ſint, in ijs expectandi abſceſſus at in juvenibus ſæpe debilibus non fiunt abſceſſus ergo in prognoſi abſceſſuum, annorum numeri non ſunt tam conſiderandi, quàm robur virtutis. Igitur ſi vigeſimum diem tranſcendat febris, qui terminus acutorum ultimus eſt, ſi prorogetur febris (niſi fiat ab inflammatione viſceris, aut ab errore aliquo) & cauſa morbifica ſit craſſa, & ſi ſigna ſalutaria adſint & virtus vegeta, expectandus eſt abſceſſus, ſi humores tenues & calidi, & virtus vegeta, tunc licet prorogetur morbus, expectanda eſt criſis. Si vero virtus imbellis, & humores craſſi & frigidi, excretio repentina non fit, ſed vel natura victa ſuccumbit vel ſi reagat natura, paulatim concoquit materiam & victrix tandem triumphat.

Præcipitur occaſio abſceſſus à ventris ſolutione artificiali, aut naturali, aut ab alijs evacuationibus Hipp. 6. Epid. Comment. 1. textu 11. Quibus fiunt rigores, non admodum contingunt abſceſſus, aut per epigeneſin alterius morbi, ut poſt febres longas erraticas in typo, cùm ſequitur quartana, &c. Dum natura abſceſſum tentat, & non perficit, debilitatem monſtrat, & præterea maxima ebullitio in venis oritur humoris morbifici, qui ad aliquod nobile viſcus recurrit, qui neque excretione, neque abſceſſu de bellari poteſt, unde febris intenditur, & delirium aut alia exitialia ſymptomata ſequuntur. Abſceſſus fieri incipiunt diebus judicatorijs non minùs quam criſes exanthemata, petechiæ, papulæ, & ſimile efflo-

efflorescentię excretę ad cutem pro varietate sua diversam habent prognosin, nam vel ante febres immediatè apparent, vel post ejus invasionem. Si post, vel in die critico vel non, vel multæ vel paucę, vel mediocres, vel statim evanescunt; vel perseverant, vel similes pulicum morsibus vel varis, vel lacę, virides, nigrę, violaceę, vel rubrę valdè, vel parvę, vel magnę, vel alvi profluvium restinguunt ab eruptione, vel alia gravia symptomata mitigant, vel profluvium alvi, & alia symptomata prava adducunt.

Si ista ante febris adventum proveniant, pessimum humorem in corpore dominari prænunciant, qui non potest à naturâ sustentari, intellige, nisi fiant in scorbuticis. Si post cum febri appareant, nullâ coctione præcedenti, nec in die critico sunt mortales, quia vel retrocedunt, aut morbum exasperant, adducendo sæva symptomata, ut contigit Sileno 1. Epidem. Comment. 3. Ægroto 2. Multæ paucis sunt deteriores ratione signi, quia magnam malignitatem indicant, sed ratione causæ paucæ sunt sæpè multis deteriores, nam nihil paucum criticum, & pauca excretio malignitatem denotat ex Galeno. Mediocres & ratione signi, & causæ sunt bonæ & laudabiles. Pessimæ sunt, quæ postquam apparuêre statim evanescunt, nam victæ naturæ est signum. Meliores contra, quæ non statim evanescuut, sed paulatim resolvuntur in vapores naturæ robore, vituperantur quæ ante diem quartum evanescunt, quæ ad quartum, imò ad septimum durant, non sunt valdè suspectæ, quia ex crassis & crudis succis fiunt.

Bonę ſunt quæ prædicto tempore apparent, & du ratione morbum terminant; malæ contra, quæ li cet diu durent, ægrum non levant, ut Sileno con tigit. Rotundæ malæ ex Hipp. in Epidem. ſicut extuberantes, item parvæ, & pulicum morſibu ſimiles; valdè rubentes, malæ: nam à ſanguine mera co, pejores liventes, virides, & violaceæ, & nigr omnium peſſimæ. Majores minoribus ſunt dete riores quantum ad ſignum, non ad cauſam; melio res ſunt quæ omnes partes, puta pectus, brachia erura, coxas, humeros, dorſum occupant, pejore quæ unam tantùm partem, nam peſſimę ſunt qua circa faciem erumpunt, ut quotidianâ experienti conſtat, & in talo, ut Hipp. 1. Epidem. Comment Ægrot. 4. de Critone, cui ſecundo die in talo nigr puſtula apparuit, & mortuus eâdem. Valdè mala ſunt quæ quaſi ferro lancinatę erumpunt. Bona ſunt, quæ alvo aſtrictâ, vel mediocriter molli erum punt, vel quæ erumpentes alvum prius citatam ſi ſtunt: contra pravę quæ cum alvi fluore, & vo mitu erumpunt, vel quibus eruptis cauſantur hæ Hipp. in Coac. textu 426. Quibus in febribus con tinuis puſtulę per totum corpus erumpunt, lethale ſi non purulentus ſuccedat ijs abſceſſus, ibi vario las & morbillos excipit, niſi ſint maligne, ubi, plurimum, valdè lethales. Textus Coac. non d puſtulis criticè erumpentibus, ſed quæ à ſympto matico morbi excurſu in univerſali cruditate irritat natura à malignitate materię. Abſceſſus qui ad bu bones deſcendunt omnes in febribus maligni quum viſcerum morbos deſignent 4. Aph. 55. E

inguinum

inguinum tumoribus febres omnes malę pręter diarias, pręstat febrim buboni supervenire, quam bubonem febri. Omnes igitur abscessus non sunt securi qui a superioribus ad inferiora fiunt, ut videtur in bubone.

Hipp. 4. Aphor. 31. Lassitudo in aliqua parte, aut dolor non prius existens, signum est futuri abscessûs, & etiam ejus loci. Abscessus critici debent sequi ad bona signa cum notis coctionis, nulla vel exigua facta evacuatione in die critico καθ' ἵξιν in locum à morbo remotum, remotissimum optimum, ad partem ignobilem, artus, manus, & pedes, & à visceribus nobilibus, cerebro, corde, hepate, utero, &c. remotum; debet locus esse capax, ut recipiat omnem humorem, aliter vel refluit ad interiora, vel si locus eum recipiat, non concoquere potest, & sic obruto calore sequitur gangręna, & sphacelus. Debent abscessus illi utiliter terminari per diaphoresin, & insensilem transpirationem, non autem scirrhescere: sic si non possunt discuti calidi & dolentes circa vigesimum diem, frigidiores & molliores circa sexagesimum, si vita tamdiu superstes, naturaliter suppurantur. Debent esse colore rubente, sed non valdè, vel flavo, magnitudinis mediocris pro copię materię ratione; nam si nimis magni sint pręter dolorem intensum, metus est ne materię pars adhuc in minera lateat; si nimis parvi, totam non recipiunt, non debent retrocedere nisi pręcedat aliqua evacuatio. Naturam horum abscessuum docet Hipp. 6. Epidem. 18. Tubercula foras excrescentia, & acuminata in turbinem

graciliscentia, æqualiter matureſcentia, non circum dura declivia, & non bifida, meliora; contraria ma la, etsi quam plurimum contraria, pessima. Igitu facile est ex his discernere qui sint mali abscessus, u qui sine coctione cum malis signis in die infœcun do, empalin, prope mineram morbi, ad membrum aliquod nobile, aut ei proximum, unde parotide semper fere suspectæ; in locum non capacem, ut a digitos pedum, ut contigit ei cui pes doluit apud Hippocratem. In locum doloribus intensis ob noxium, qui non potest discuti, neque arte nec na turâ intra præscriptum tempus, sed scirrhescit, au non perfectè suppuratur, qui sunt magni & plani contumacis materiæ soboles, qui sunt bifidi, qu sunt colore albo, nimis rubro, livido, & nigro, & qui recedit sine evacuatione præcedaneâ, vel enim recidivę periculum, vel mortem indicat, de qu Hipp. 2. Prog. 68. dicit retrocessum sine excretione remanente febre, difficilis morbi signum, & adfer periculum delirij, aut mortis. Omnis enim retro cessus abscessus jure suo pravus, sed humoris ma ligni ad cor, cerebrum, pulmones, hepar, ventri culum, semper lethalis.

Abscessus igitur omnes aut sunt critici, sympto matici, aut medij. De criticis & symptomaticis ja dictum. Medij sunt, à quibus, licet minoretur mor bi materia & symptomata alia prava, non super veniant, tamen non terminant febrem totaliter, u contingit in morbillis tertio aut quarto die erum pentibus, &c.

Ubi vomica facta interior vel exterior, illa

disrumpi oportet, ut effluat pus ne morando recrudescat, aut malignitas ejus intendatur, & debet habere eas conditiones quæ ab Hipp. recensetur 1. Prog. textu 45. Pus illud est optimum quod est album, leve, æquale, & minimè fœtidum, huic contrarium pessimum. Sic in Coacis 437. & 7. Aph. 45. Quorum hepar suppuratum aduritur, si pus album & purum effluxerit (quod in vesica continetur) evadunt, sin qualis amurca; pereunt. Hipp in lib. de morbis damnat pus instar vitelli ovi, crassum, cum virore sub pallidum, & fœtens valdè ex thorace. Item 2. Prog. textu 70. de Empyicis. Si pus subcruentum, sanioſum, & instar cœni vel luti effluxerit, moriuntur.

Oportet ut vomica rumpatur versus partes corporis externas, vel saltem ductus illos, per quos foras eliminari possit, alias remeans versus partes nobiles, & interna corporis, subitam suffocationem, partium corruptelas, & mortem inducit, præcipuè in pectoris & pulmonum abscessu, quando non expurgatur, in valvulas cordis repentè irruit, & spiritûs distributionem impedit, calorem obruit, & vitalitatem intercipit. Plerique ex ruptione abscessûs jecoris, & ventriculi sublevantur paululùm, sed postea fere omnes tabidi cum febri lenta hectica moriuntur. Difficillime prædici potest abscessûs ruptio, qui sensim in pectore, pulmone, jecore, ventriculo, aut mesenterio oritur. Ruptionis dies non potest certò præfiniri in ijs qui per congestionem fiunt, quia humor non semper est æqualis, neque par resistentia, neque caloris vigor, &

externa, ut frigus intensum potest impedire, fortasse citatiorem reddent, ut casus ex improviso, tussis vehementia, ictus, & similia.

Ad superiora fieri abscessus subita difficultas, anhelitus mox quiescens, quam sequitur dolor & gravitas capitis, gravis somnus & surditas. Si morbus diu duraverit, & nullum ex his signis adfuerit, si in locis inferioribus gravitas, tensio, inflammatio, vel dolor apparuerit, abscessus ad inferiores partes expectandus in eo loco. Reliqua signa in sect. de Crisi.

SECTIO XXXIII.

De Prognosi ex qualitatum mutatione in toto corpore.

Signa salutis & mortis quæ ex inspectione corporis petuntur, vel fiunt ex totius inspectione, vel partes tantùm considerando, ut faciem, oculos, aures, maxillas, nasum, labia, dentes, linguam, fauces, hypochondria, extrema.

De toto Corpore Hipp. 2. Aph. 28. Non leviter febricitantium corpus sibi constare, nec minui, aut etiam plus æquo colliquefieri; malum: hoc virium imbecillitatem, illud morbi diuturnitatem significat. Si verò febris intensa sit, vel fluor alvi magnus. & corpus facile resolubile, atque mediam & vigilias

passus

paſſus ſit æger, non mirum eſt ægrum extenuari. In morborum declinatione corpus extenuatum remanere, &, etiamſi cibum aſſumant ægri, non tamen refici, humorum redundantiam, & recidivam minatur. 2. Aph. 31. Si à morbo bene comedenti corpus non proficiat, malum. In hecticis, phthiſicis, peripneumonicis, corpora excarnia eſſe, peſſimum: & qui febri ardenti diu laborarint, & carnes non recipiunt, maraſmo corripiuntur. Ita etiam in acutis morbis corpora inflari, & intumeſcere; malum, quod plerunque vitiatam ſanguificationem ſignificat, 2. Prog. textu 1. Aqua intercus omnis, ſi ex acuto morbo exiſtat, mala; nam non ſedat febrim, ſed dolorem infert, ſitim auget, & mortem accelerat. At conſideranda ſunt ſimul alia ſigna, nam aliquando critice per diadoſin detruditur materia ad pedes, & manus, non ſolùm in longis, ſed in acutis morbis, & poſtea vel diſcutitur humor ſupervenientе alvi fluxu, aut per rhœa expellitur & evacuatur, ut ſæpiùs obſervavi. Facies ex tumeſcente reſidens ſalutaris dicitur in Coacis. Et 2. Epid. ſect. 25. Si cui febricitanti facies die critico extenuetur, ſequenti die ſolvitur omnino morbus.

SEC.

SECTIO XXXIV.

De Prognosi ex Ictero.

ALij Icteri sunt nigri, alij flavi, alij virides, alij albi, alij ex luteo & nigrore mixti, alij tota vita lutei, alij nigri sine ulla noxa à temperie humorum; rursus alij tantùm in oculis habent, alij toto corpore afficiuntur, atque hoc vel sine, vel cum febri. Si color viridis, niger, aut pallidus in principio febrium, sive propter icterum, sive non, malum est signum: quippe indicatoria non indicantia prava, & indicantia non statim apparere debent, quia pravam cacochymiam, & naturam ab ea lacessitam indicant. Pro diversitate causarum, bonus aut malus est hic affectus febribus superveniens, & etiam pro diversitate temporis.

Icterus igitur duplex, alter symptomaticus, alter criticus. Symptomaticus est partis affectæ symptoma, ut à jecore inflammato, aut ejusdem scirrho, ab obstructione folliculi fellis, a lapide, item a veneno, & a virium debilitate, natura tentante noxium expellere, sed non valente, & causa est majoris exacerbationis, vel cum connectitur cum pravis accidentibus, vel quando hæc illum insequuntur, & est semper lethalis. Icterus criticus etiam duplex est: primus qui septimo die præcedentibus notis coctionis

coctionis accidit, vel alio aliquo subsequenti critico sit; nam iterum die critico fieri longè melius est, at etiamsi die critico, si hepar durum, non est criticum. Secundus est qui ante diem septimum cum rigore advenit subsequenti evacuatione, per sudorem videlicet, vel alvum. Hipp. 4. acutorum dixit, Morbus regius in febri biliosa cum rigore ante septimum diem febrem solvit, si verò absque rigore præter rationem accideritante septimum, pestiferum; si cum rigore acciderit, expultricis robur, & ingentem naturæ conatum denotat, nam à viribus robustis absque præparatione humores bilioſi possunt pelli, quia, Hippocrates, & alij, turgente humore eodem die, nullâ factâ præparatione purgant, & multæ aliæ evacuationes symptomaticæ ex eventu criticæ fiunt, ut hæmorrhagia, diarrhœa, & similes. Hipp. 1. Prorrhet. loquitur de ictero cum alijs malis signis, Comment. 3. textu 31. dicit, malam esse icteritiam cum surditate, urinis perturbatis non resident ibus, & malam exinde fatuitatem, ut etiam si delirantibus superveniat. Item ibid. Comment. 3. textu 52. Sopor, & sensuum stupor cum alvo fluidâ in ictero, mortalia. Quando febris sequitur ad icterum, pessimum. Atque hæc breviter de ictero, alibi fusiùs.

Colores sæpe mutare, & tingi modò his, modò illis; pessimum, significat enim naturam à congerie variorum humorum opprimi, & ad minimum perpetuò longitudinem denotat, maxime si corpus modò frigidum, modò calidum sit, & non solùm in toto, sed & in partibus.

SEC-

SECTIO XXXV.

De Prognosi ex Facie.

FAcies non valdè dissimilis sano in acutis bonum denotat, & contra; nisi effrænatus fluxus præcesserit. Facies sanorum dissimilis multis modis fit, colore, distentione, vel extenuatione; quò pluribus variat à sanorum facie, eò magis malum portendit: quæ omnia signa collegit Hippocrates in descriptione faciei, quæ vulgò Hippocratica dicitur 1. Prog. textu 9. & 10. Nasus acutus, oculi concavi, collapsa tempora, aures frigidæ & contractæ, & fibræ eorum inversæ, cutis circa frontem dura, arida, & intenta, color vultûs lividus, viridis, & niger, cum palpebrarum labiorum, & narium pallore, &c. Si talis appareat facies in principio febris à causâ procatarcticâ aut extrinsecâ, non tam grave malum denotat: nam vel procedente morbo sic consistit, vel adhibitis revocillantibus spiritus spatio vigintiquatuor horarum evanescit, at si à nullâ causâ extrinsecâ, puta vomitu, cholera, morbo, continuis sudoribus, enormi hæmorrhagia ex naribus, utero, ex hæmorrhoidibus, ex vulnere, nec vehementiori pathemate animus concussus, ut amore, metu mortis, jactura bonorum aut amicorum, nec à laboribus magnis ante morbum, inedia, vigiliis

vigilijs, &c. tum causa talis faciei omninò est à cacoethia febris humores colliquante, & per assiduam aporrhœam dissipante humores & spiritus, non aliter quam à vomitu, dejectione, & similibus fieret, & sic pestiferum signum est talis facies. Fluxus omnes qui talem faciem causant, non sunt numerandi inter causas externas, nam fluxus colliquativus qui fit à vi febris est causa maximè interna talis faciei. Talis facies tribus primis diebus vix apparet apud nos, quia Medici nunc non utuntur triduano jejunio ad macerandos ęgros, sed jusculis, enchymis, & levioribus panatellis ęgros reficiunt: ideò ęgerrimè, ut dictum, hic casus contingit, præcipuè in polyhæmis & eusarcis, neque ijs qui ex frigidis & crassis succis morbum contraxêre Ergo hæc facies præcipuè fit in juvenibus biliosis & strigosis, qui ex multo labore, cibi inopia, aut mœrore morbum contraxerunt, æstate media, ardenti cœli statu, & aëre siccissimo in calida regione. Illi igitur, si idoneis non refocillentur, tertio ad summum die talem habebunt faciem, vel propter causam intrinsecam, vel extrinsecam intrinsecæ conjunctam. Ut cognoscatur utrum à causa extrinseca, an ab intrinseca talis facies provenerit, circumstantiæ, & reliqua signa in ęgro exploranda: nam si vi morbi corrupta sit facies, pulsus aut valdè imbecillis, & halitus ex toto corpore acres, pungentes, & calidissimi instar flammæ erumpentes, & manum tangentis penetrantes, urina erit bile saturata cum pinguedine innatante, aut tota urina erit oleosa cum sedimento pingui, quæ colliquationem ostendit, &

si

si lingua bile sit saturata. At si signa hæc non adfuerint, tunc à procatarcticis facies talis evasit, & minus malum denotat. Coloratior facies licet sæpè hæmorrhagiam præcedat, & sic signum criticum, tamen aliquando malum signum, 1. Prorrhet. textu 14. Faciei color bonus, & mœstitia multa, malum; si facies rubra, alia attendenda sunt signa, quæ si mala sint, ut delirium, oblivio, aut impotentia membrorum, exitiale signum.

SECTIO XXXVI.

De Prognosi ex Oculis.

OCuli primò senescunt & moriuntur, ut cor ultimò. Et 6. Epid. textu 27. Oculi ut valent, ita corpus, atque inprimis caput. Si oculi sunt similes benè valentibus, aut non valdè dissimiles, colorem naturalem habentes, sunt pleni, splendidi, lumenque sine molestia ferant, palpebras rectè aperiant, & claudant, sine lacrymis, lemis, & viscidis excrementis, bonum est: nam significat copiam spirituum animalium, vitalium, & naturalium: item propter carunculas, glandulas, adipem, musculos, venas, arterias, & nervos naturaliter se habentes habitum suum consuetum tenent, neque valdè considunt, neque valde prominent: contrarium damnat Hipp. 1. Prog. Aph. 16. Prominentes valde viden-

videntur in maniacis, phreneticis, & lunaticis propter bilioſos & atros humores in cerebrum raptos, in ebrijs à vini ſpiritu ſomno indulgentibus, à ſanguine & pituita in cerebrum raptos. In ſanis a conjunctivæ tunicæ laxitate, aut reſolutione, pro ratione cauſarum, aut adjunctorum majus, aut minus malum ſignificant. At a nimia purgatione; fluxu ventris, hæmorrhagia, vigilijs nimijs, labore, inedi, venere, mœrore languent oculi, & intra orbes conſident, a ſpirituum omnium inopia: ſi propter ſpirituum inopiam facile reſtaurantur, & rarò prębet mortale ſignum. Si verò oculi conſident propter corporum oculum conſtituentium extremam maciem & ſiccitatem inductam, humido radicali abſumpto a calore febrili exedente, & colliquante refici non poteſt, & eſt valde funeſtum, ut ait Hipp. oculi concavi, &c.

Lacrymę ex oculis fluunt vel voluntarie, vel involuntarie. Voluntarie fluunt vel in ſanitate, vel in febri. Si in morbi vigore lacrymantur ęgri a vehementi paſſione, bonum; quia tunc moribundi flere non poſſunt ob ſqualorem & ſiccitatem, & oculorum motum deperditum. & cerebri intemperiem maximam, vel quia inflammatum, vel humido roſcido orbatum, quæ lethalia ſunt, licet aliquo modo malę, ut ſunt ſignum mœroris interni, tamen bonę ſunt dicendę, quum diatheſin bonam cerebri, & oculorum oſtendant. Involuntarię lacrymę, vel fiunt a cauſis procatarcticis, vel ab internis in febribus. Cauſę procatarcticæ iſtę ſunt, vini potus, vomitio, violenta, ſterputatio, ſudor, item ex ophthalmia, aut

aut antiqua stillatione, ex debilitate oculorum, a vento, pulvere, fumo, aut acriorum obtutu, & similes, & nihil funesti denotant. Involuntarię in febribus a causa interna, vel sunt in statu cum virtutis robore, & signis coctionis, & sunt criticę & hęmorrhagiam præcedunt, aut cum virium debilitate, & contabescentibus carunculis, aut musculis resolutis effluunt, & frigidæ, & sunt pessimę, sicut urina, & fœces, resoluto utroque sphincterę, moribundis in vitis exeunt. Unde Hipp. 8. Aph. 3. Quibuscunque in morbis oculi illacrymantur ex voluntate, bonum; quibus verò citra voluntatem, malum. Item 4. Aph. 52. Oculorum perversio febri acutę superveniens, pessimum, quando oculus trahitur in partem superiorem vel inferiorem, aut angulum externum aut internum, aut convulsionem, aut paralysin musculi antagonistæ denotat: si omnes musculi tendantur, fit oculus immobilis, & est tetanus. In morbi principio oppleto cerebro, aut ex nimia potatione vel ex valida contentione in vomendo, non statim lethalis oculi convulsio. Ita alia est partis, alia principij est convulsio. Convulsio partis non sæpe malum denotat, sed ipsi parti. ut fit sine febri; sed ubi febris diu adurens, & exsiccans adest, & principij & partis fit convulsio, quod est valde lethale. 7. Aph. 1. Propter ardores vehementes convulsio, aut tetanus, malum. Oculus alter fit major aut minor alter naturaliter aut præternaturam; si verò præternaturam oculus minor fiat ex decubitu pravi humoris unde obstruitur, & non semper malum: aut fit ob defectum spirituum, aut ob facultatem altricem, aut rectri-

rectricem corporis inæqualiter vires exercentem, quod magnam confusionem parit in œconomia corporis, & est lethale signum, præcipuè si rectrix aberret. Malum etiam est tumidos esse oculos, aut prominentes, in maniacis videtur, &c. ut prius. Si album oculi rubescat valdè in febri, inflammationem cerebri à nimio & ferventi sanguine significat, nisi ex accidenti fiat, vel a vomitu, & lippitudine, & similibus.

Si palpebræ livescant, est signum lethale, nisi propter ecchymosin sint tales. Si lemæ circa pupillas oriantur, nisi ab ophthalmia fiat, sive sint aridæ, sive viscidæ ut spuma, imbecillitatem virium, & calorem adurentem significat.

Sublimes oculi in febribus, nisi naturaliter sic sint, aut per electionem, significant spasmum musculi superbi, aut humilis resolutionem, utrumque lethale. Instabiles oculi in perpetuo motu, nisi sic naturaliter ob imbecillitatem palpebrarum, aut musculorum, oculorum tremorem, aut ob delirium Hipp. damnat & mobiles & fixos oculos. Epidem. 6. textu 2. sect. 1. Fixi oculi, & vix versatiles, & introagitati, malum. Audaces, sive impudentes, & feroces delirium portendunt. Pupillæ squalescere cryſtallinum arguunt, nam carentia humoris spiritûs inopiam denotat cum vel sine lesione. Album oculorum sub apparens in somno febri tento, acuta, nisi sic soleat dormire, aut fit a siccitate, consumpto humido radicali, aut a facultatis motricis summa imbecillitate, aut ob musculos malè affectos, aut quia convulsi, resoluti, aut tetano

affecti à siccitate. Et a siccitate magis malum est, quam ab imbecillitate, nam hæc corroborantibus potest sæpè emendari, cùm ab hypercatharsi est, aut fluxu spontaneo, illa autem nunquam potest emendari. Item, si album oculi crescat, nigrum minuatur, & occultetur sub palpebrâ, & si oculi non sunt calidi ad tactum, quia extinctionem caloris, non tantùm partis, sed principij significat, nempe cerebri, aut retractionem caloris ad interiam inflammationem, est pessimum. In Prorrhet. dicitur, Confractio oculorum in morbis acutis, pessimum. Si æger non omnino videat, jam debilis, mortale.

Curvæ palpebræ signum exhibent convulsionis, aut resolutionis musculi oculum claudentis, si simul rigescant, extinctum etiam calorem denotat, quod valdè lethale, quum cerebrum eodem modo afficiatur: si color earum sit lividus, aut niger, moribundum denotant, nisi fiat ab ecchymosi. Perversio palpebræ sit propter retractionem nervi ad suum principium, unde tensio quæ fit vel propter inflammationem, scirrhum, siccitatem, vel frigiditatem excedentes, omnia sunt signa pessima.

Oculi nimium radiantes indicant extremum naturæ conatum, cùm splendor talis emittitur, qualis cernitur in suffusione perfectâ. Contentio oculorum, ubi diu duraverit, significat facultatem eò moventem aboleri & materiam in cerebro morbificam nimis diu contineri lædendo principium nervorum: si verò supervenerit in paroxysmi exacerbatione, & declinatione cessaverit, non est tamen timen-

timendum. Oculi icterici in acutis, potissimum in pleuritide, pessimum; nam extremæ corruptionis signum. Multa tamen sunt signa in oculis, ut rubor, lacrymę involuntariæ, splendores, contentio, &c. quæ aliquando sunt critica, si cum notis coctionis in die fœcundo, & cum alijs bonis signis.

SECTIO XXXVII.

De Prognosi ex Naso, Labris, Auribus, Maxillis, & Dentibus.

EX naso prognosis desumitur, ut prius in descriptione faciei Hippocraticæ, nam nares acutę damnantur. Nasi perversio mala, nam convulsionem denotat, & inanitionem cerebri: pruritus narium prętер consuetudinem (nisi hæmorrhagiam præcedat) delirij est prænuncius, propter humorum & vaporum copiam in cerebrum irruentium. Nares frigidę & lividę damnantur, nisi sit in principio invasionis febris intermittentis, aut in recursu paroxysmi complicatarum febrium; patulę nimium aut relaxatę, malæ; quia syncopen, aut animi deliquium portendunt, si prętернaturaliter sic fiant.

Labra perversa, livida, in acutis mortem pręsagiunt, quia convulsionem ex inanitione denotat. Si labra sint resoluta, suspensa, frigida, & albicantia

rectricis facultatis imbecillitatem extremam, & defectum sanguinis & spirituum in febribus acutis arguit licet, quæ dicta sint de naso & labris, sint signa mortalia, & facultatis labefactationem ad vitam necessarię talia signa importent; tamen quia his similia sæpe accidunt in perturbatione critica, ut absolutè malum denotent, conjungenda sunt alia prava signa, ut pulsus intermittens, deficiens, tremulus, urina turbida, &c. febri non remittente.

Aures frigidæ, nisi in intermittente febri, item lividę, nigræ, valde albicantes, & quasi diaphanæ, & inversæ & contractæ lethale signum præbent. Dolor in auris interiori parte vehemens cum febre continuâ, periculum mortis, aut sævissimi delirij minatur, intra septimum diem in ætate provectis, in juvenibus intra triduum, in senibus non tam præsens exitium adfert, ut dictum in sect. de dolore, hoc autem fit, nisi copiosa hęmorrhagia, aut puris laudabilis copia effluxerit, ut in Epidem.

Maxillarum color lividus, aut niger pessimum signum, tantò magis periculum denotat, quantò citiùs in morbis apparenti isti colores, & absque evidenti causâ. Vehementissimum morbum arguunt, si intra triduum talis color appareat in facie, & maxillis, ut priùs.

De dentibus 1. Prog. textu 14. Si quis dentibus strideat in febribus, non ita consuetus à pueritiâ, insania significatur. Si verò mente jam commotus ita faciat, admodum exitiale est. Et in Coacis Dureti, textu 137. In febri acuta dentes exarescere pessimum. Et 4. Aph. 53, Quibus in febribus circa dentes

dentes fiunt lentores, ijs vehementiſſimum incendium, & periculoſum denotat, nam iſti lentores glutinoſi oſtendunt febrem validam, humorem contumacem, & vires debiles. Stridor dentium in febribus verminoſis accidit pueris, & ijs expulſis ceſſat, nam hoc fit cum vermes lancinant orificium ventriculi. Gingivarum circa dentes eroſiones in febribus malæ, quia cauſæ acrimoniam denotat: dolores dentium in febribus rarò ſuperveniunt.

SECTIO XXXVIII.

De Prognoſi ex Linguâ.

LIngua in morbis acutis multa præſagit, & etiam in alijs morbis, quia eſt concolor humori in corpore prædominanti. Lingua igitur in acutis, ſanorum non multùm diſſimilis humores, nec multos, nec calidos, putridos nec malignos eſſe, ut linguam valdè immutent. Lingua initio morbi ſcabra leviter cum colore aſſueto, quæ poſteà valdè exaſperatur, finditur, ac inſtar aſſatæ carnis adduritur, & nigreſcit tandem cum virore, peſſima eſt. Notandum eſt illud Dureti, ſi medio linguæ, ubi linea illa dividens excurrit, ſi poſt ejuſmodi alienos colores, ſaliva alba modicè craſſa appareat, pepaſmum humorum indicat, & ſecuritatem in morbo pollicetur. Item, ſi lingua poſt iſtos colores, exuvias

ſuas deponit ſponte, vel per lotionem bonum. Lingua tremula periculum delirij, & convulſiones denotat, & ſemper ſuſpecta, præter voluntatem extra os exeri linguam, malum: nam fit aut propter infirmitatem, delirium; craſſitiem, aut à reſolutione muſculorum. Bullæ flaventes, vel ecthymata in linguæ ſuperficie in acutis, mali ominis; nam magnam inflammationem præcedunt. Arida, dura, & nigra lingua periculoſa eſt ſemper, præcipuè ſi cum alijs malis ſignis jungatur; atque omnium maximè ſi cum tali linguâ æger non ſitiat, eſt enim delirij, aut extinctæ facultatis, & proinde mortis ſignum.

Lingua lotium ſignificat, id eſt, ut lotium, chloræ bilioſæ linguæ bilem; rubedo linguæ ſanguinem, nigredo atrum humorem, & etiam fuliginem aliorum humorum in acutis, ariditas aduſtionem, albedo linguæ à pituitâ. Si alba ſit circa epiglottidem, humores pituitoſi putreſcunt in ſtomacho aut pulmone, ſi tota, & ad latera in capite, & venis putreſcit ex quibus elabitur, & linguam tali modo tingit. Amaritudo linguæ denotat bilem in venis dominari, nigra ſit lingua non ſolùm à prædictis, ſed ab inflammatione jecoris, ventriculi, aut uteri; quæ ab exuſto ſanguine: Contra; Advertendum etiam in febribus ne decipiatur Medicus, putando nigredinem linguæ eſſe à vehementiâ febris, cùm aliquando etiam fiat à melancholico humore, aut in ſenibus defectu caloris, ſalſi alicujus humoris afluxu, aut à fumis ab inferiori ventre aſcendentibus, ſed ſi à talibus, eſt nigra & humida, non ſicca.

Quum

Quum tam variè mutetur lingua in morbis, distinguere oportet, an ab humore, vapore, potu, cibo, medicamento, an a distillatione a capite, aut ex venis & arterijs. Lingua sicca & nigra statim in principio morbi, malum; præcipuè si cum alijs pravis signis jungatur. Lingua cœnosa fit ob pituitæ crassę copiam, & viscerum maximum ardorem, periculosa est. Dolor linguę, cùm tanquam aculeis pungitur, indicat excursum bilis per venas & arterias, nisi aliud malum signum adsit, non est periculosum. Lingua duobus modis exsiccatur in febribus, vel introrsum retracto humido, & calore propter inflammationem aliquando propter penuriam humidi, & extinctionem caloris, & frigus comitatur siccitatem, estque omnino lethale. Secundò fit exsiccato humido a calore febris igneo, & aspera est, & calida & sicca, & est cum minori periculo: at in principio morbi deterior est, quia celeritatem, vehementiam, & malignitatem denotat, ut contigit Sileno secundo die, & Philisco in tertio, & ambo interiêrunt.

SECTIO XXXIX.

De Prognoſi ex Hypochondrijs.

HYpochondria mollia, indolentia, ubique æqualia, non diſtenta tam in ſiniſtra quam dextra parte habere in morbo, optimum. Hipp. obſervat ægrum nunquam morbo exactè defungi, aut liberari poſſe, quamdiu in alterutro hypochondriorum hujuſmodi tenſiones ſentiuntur, quia ſemper ferè ſunt recidivæ obnoxij, tum ob reliquias humoris morbifici, in illis partibus contenti, tum ob depravatam concoctionem, quæ novam materiam continuò ſuppeditat. Si hypochondria tumeant poſt multos cibos ingeſtos, aut a potatione larga, aut eſu fructuum, & eorum quæ flatus generant ſubitò, nihil mali portendit, nam facilè diſcutiuntur iſti tumores, quia quæ præter rationem levant & premunt facilè evaneſcunt.

In iſtis tumoribus amplitudo, intenſio, ſitus, durities, & mollities, dolor, & ejus carentia accuratè diſtingui debent, num in dextra, an ſiniſtra, an in utroque, an in parte ſupera, an in infera, & num in toto. Si alterum tantum afficiatur pejus eſt dextrũ. Si ambo tumeant, cęteris paribus, magnitudo morbi depingitur. Si totum hypochondrium turgeat, maximi mali indicium. Si pars ſuperior afficiatur grave

grave malum ob conſenſum diaphragmatis. Si muſculi tantùm afficiantur, levius malum, ut 6. Aph. 7. Tumores & dolores ventris ſublimes, leviores.

Tenſio hypochondriorum, aut eſt cum duritie, aut ſine eâ, cum duritie & dolore acuto, & continuo illarum partium inflammationem denotat: Cum duritie & ſine dolore, ſcirrhoſum tumorem ſubeſſe, aut inflammationem in gangrænam converſam denotat. Cùm tenſa ſunt hypochondria ſine dolore & duritie, obſtructionem levem ineſſe denotat, ſi verò ſine duritie cum ſenſu obtuſioris doloris à manu prementis obſtructio eſt exquiſita ex copiâ materiæ craſſæ & viſcidæ, vel fit à flatibus, & deſinente febri ceſſat, quia flatus iſti fiebant ex humorum fermentatione & ebullitione, & ceſſante febri ceſſant. Datur etiam tenſio hypochondriorum fugax & critica, quæ eſt prænuncia hæmorrhagiæ, cum alijs ſignis. Jecur & lien poſſunt inflammari aliquando ſine valdè magno, aut acuto dolore, ſed ventriculus, aut ſeptum tranſverſum nunquam 2. Aph. 35. dicit Hipp. In quovis morbo partes ad umbilicum & infimum ventrem pertinentes craſſiores eſſe præſtat, harum extenuatio & tabes mala, ideoque dicit Hipp. 2. Prog. Oportet alvum eſſe pinguem & ſolidam, nam ſignum eſt vigere calorem nativum, & chyloſin & hæmatoſin probè elaborari, ſi verò muſculi abdominis ſint ſucci inopes, extenuati, & conſumpti, contrarium arguitur. Diſtenta, dura, & valdè dolentia hypochondria, præcipuè tota, aut in dextrâ parte, aut mortem, aut diuturnitatem, aut ſolutionis difficultatem

ſignis

significant. 4. Aph. 66. In acutis vehementes dolores circa viscera; malum. Attamen, ut à duritie, dolore, distensione, & inæqualitate hypochondriorum, ut signa certiora fiant mortis; non per se & separatim, sed cum alijs considerandæ sunt: hujusmodi autem ventris inferioris dolores & tumores, si sint facti, & minimè fugaces & calidi, ut plurimùm, ægros citò jugulant: & cum in principio morbi adveniunt, si vigesimum diem excesserint febri superstite suppurantur. Molliores & dolentes non adeò funesti, sed diuturniores, si quadragesimum excesserint, periculum est ne suppurentur aut scirrhescant, unde hydrops aut marasmus, ventris partes sub umbilico positæ tumoribus affectæ, non sunt ita periculosæ. In hypochondrij dolore ac distensione, fudatiuncula ad acromium & claviculas pessima; nam inflammationis magnitudinem denotat. Interdum pulsus in hypochondrijs percipitur, ut 1. Prog. textu 31. Sed de isto pulsu in sect. de palpitatione jam dictum.

SEC-

SECTIO XL.

De Prognosi ex Extremitatibus Corporis.

HIppocrates ait 4. Aphor. 68. In febribus non intermittentibus, si partes externę algeant, interne urantur, & sitiant, lethale est: nam ista sitis arguit pulmonem, ventriculum, hepar, aut duodenum exiccata, aut inflammata esse. Et 7. Aph. 1. item 2. Prog. textu 4. & 5. Si caput, manus, & pedes frigidi sunt, ventre, costisque calentibus, malum est: optimum est, si corpus æquè calidum & molle, sed frigus extremorum non semper lethale, nempe quod fit in accessione intermittentis, aut à rigore ante sudorem, sed si à visceris interni inflammatione; aut erysipelate, & à dolore vehementi calorem sicut cucurbitulâ attrahente, aut à caloris imbecillitate vi morbi exhausti, aut à sarcinâ incoctilium humorum oppressi, semper malum est. Et 2. Prog. textu 7 Si corpus totum grave est, item manus, & pedes, majori cum periculo est. Si ungues ac digiti lividi sint, pejores quam si nigrescant. Et hoc sic intelligendum venit, quia livor in febribus acutis semper proverit à frigore exantlatis calore & spiritibus. Nigredo aliquando fit ob decubitum humoris atri calore & spiritibus salvis, & sæpe est criticum, si materia præcipuè, non solùm occupet

occupet digitos & ungues manuum & pedum, sed totos, & etiam si nigredo fiat ab adurente calore, & præcesserit viridis color; & licet calor in parte hâc sit extinctus, tamen non denotat spiritus in internis partibus defeciſſe, sed tantum incendium. Igitur non est intelligendus Hippocrates de nigredine quam præcessit livor, quia tunc pejor est livore, sed de nigredine ex decubitu humorum critico, aut de nigredine ab adustione; livor est semper soboles frigoris. Sæpe etiam partes nigrescunt a decubitu pravorum humorum, unde fit gangræna & sphacelus: sed hoc fit per metastasin, non per diadosin. At livor ipse non lethalis semper, nisi fiat per progressum in febribus malignis collapsis jam viribus. Livor ab animi deliquio in febri diuturnâ, syncopali, hemitritæo, a frigore hyemis, aut in initijs accessionum tertianæ notæ, aut quartanæ in tussi vehementi, aut asthmate, nec a timore, semper malum, & cum præsentaneo periculo. Sic livor est lethalis, dubius, ac tutus, nunquam tamen criticus, sed nigredo aliquando critica. Odores qui expirant ex corpore ægrotantis, ubi secundum naturam sunt, robur & securitatem monstrant; ubi præter solitum nulli, aut valdè fœtidi imbecillitatem, vel summam putredinem absque coctione, ita ut vires succumbere necesse sit. Peculiare est morbis valdè malignis fœtidissimum odorem spirare, ita ut non solum adstantes, sed & ipse æger penè suffocetur, & animi deliquium ferè non rarò incurrat.

SEC.

SECTIO XLI.

De Prognosi ex Naturâ & Viribus Ægrotantis.

AD prognosin etiam instituendam exploranda est constitutio ægrotantis, & ipsis partis affectæ. Ad naturam corporis constituendam requiritur temperies, justa conformatio, & unitas. Temperies quatenùs innata, complectitur uniuscujusque idiosyncrasiam secundum varietatem temperamentorum individualium, sexûs differentiam, & dispositiones hæreditarias; quatenùs temperies est adventitia respicit ætatum sibi succedentium differentiam, & consuetudinis rationem, unde 2. Aph. 4. In morbis minùs periclitantur, quorum naturæ, ætati, & consuetudini, atque aëris tempestati morbus magis congruit, quam quibus nullo modo congruit. Hic Aphor. intelligendus est, si causa tam vehemens est, ut destruatur temperies huic ætati, & naturæ propria, aliter non est verus, namque aliter contrarium videtur in plurimis: nam morbi frigidi in naturis biliosis faciliùs concoquuntur quam in phlegmaticis, imò quam calidi humores, quia oppugnantur à temperamento contrario. Sic catarrhi in valdè senibus non concoquuntur propter defectum caloris, & quibus natura est ad phthisin propensa

propensa, illi magis phthisici fiunt, quam alij; Quibus est hereditaria dispositio ad affectum aliquem contrahendum, ut podagram, lithiasin, elephantiasin, si semel ijs corripiantur, vix evadere possunt. Qui sæpius aliquo morbo conflictantur, ex eo, ut plurimum, moriuntur.

Ratione proprij temperamenti calidæ & siccæ naturæ, si febri continuâ, aut intermittente diu laborent, metus est ne in marasmum precipitentur. Item in corporibus sua natura cacochymis omnes morbi etiam levissimi difficulter curantur, contra in eucchymis facilè & sua sponte, nisi sint valde maligni, qui omnes ex æquo adoriuntur, ut in peste valde maligna.

Ratione ætatis 2. Aph. 39. Seniores magna ex parte minùs ægrotant quam juvenes, quicunque tamen ijs accidunt morbi, diuturni, ut plurimùm, cum ijs moriuntur. Renum & vesicæ vitia in senibus vix curationem admittunt.

Ratione consuetudinis in lib. de victûs ratione in acutis maximè mutationes eorum quæ circa naturas nostras contingunt, plerumque morbos pariunt, eosque periculosos, unde mutatio in morbis non est utilis ad insueta nisi paulatim, extrema sunt igitur vitanda.

Ratione sexûs, mulieres viris minùs ægrotant in constitutione epidemica, quia menstruatim purgantur, & pauciores moriuntur, si corripiantur.

Morosæ & feroces naturæ multò magis periclitantur in morbis, quam placidæ, & mites, tum ob contemptum remediorum & regiminis, tum ob facilem

facilem commotionem humorum à passionibus, ut 1. Aph. 1. Non solum debet Medicus præstare ea quæ oportet, sed & ęgrum, adstantes, & exteriora. Sed quia in omni natura, sexu, ætate, & consuetudine, suus est & peculiaris virium status, sine cujus notitia nihil certò prędici potest, considerandæ sunt in morbis, non tam prędentes quam futurę vires; nam vires validę magnum morbum contemnunt, debiles levissimum horrescunt, unde si vires debiles, recidiva pejor sua radice. Vires autem, ut sępè dictum, æstimantur ex valida functionum animalium, vitalium, & naturalium constitutione; & etiam ex humorum proportione, & symmetria corporis solida non laxa, & humidi pinguis copia per omnes partes sparsi. Quò magis vel minus ab eo recesserint, tantò robustiores, vel debiliores censendæ, unde robur inęquale partium dignatur. Quocunque modo laborent vires, periclitatur ęger, magis tamen sperabilis salus, quando à multitudine opprimuntur; quam, si ab exhaustu, quoniam facilius est deplere humores, quam deperditum restaurare. Ex triplici substantia horrendus imprimis est ille virium lapsus, qui vitalis facultatis vitia sequitur, cum consensu animalis & naturalis; at vitia quæ sequuntur lapsum naturalis facultatis sunt leviora, quia vitalis potest naturalem jacentem erigere, si floreat, non contrà: unde Lipothymia, syncope, & impotentia motricis suspecta ab Hippocrate 2. Aph. 41. Quicunque frequenter, sine manifesta causa, animo linquuntur, ij derepente moriuntur.

SEC-

SECTIO XLII.

De Prognosi ex variâ partis affectæ constitutione.

IN parte consideratur substantia simplex, si sit similaris, carnosa, spermatica, membranosa, parenchymosa, medullosa, &c. si sit dissimilaris, composita substantia ex quibus sit particulis, deinde temperamentum, situs, facultas insita, & influens usus, & connexio ex horum omnium consideratione instituitur prognosis de periculo, vel securitate morbi, & de curationis facilitate vel difficultate. Organica pars si tota fuerit amputata, non regeneratur, si sit præcipuè ex perfectioribus, in magnis tamen vulneribus particulæ venarum & arteriarum sæpè regenerantur. Abscissæ partes spermaticæ non nisi in puerulis, & etiam tunc difficillimæ regenerantur, & substituitur tantum calloſa substantia pro ossibus, &c. Hipp. 6. Aph. 18. dicit, Vulnerata vesicæ membrana, cerebri substantia, corde, diaphragmate, hepate, secundum majora vasa, ventriculo, aut aliquo ex gracilioribus intestinis mors necessariò sequitur, ut plurimùm Aph. 19. ejusdem sectionis, aut cartilago, aut nervus, buccæ particula, præputium, &c. Et 7. Aph. 24. Neque incrementum, nec coalitum fieri in cerebro concusso

concuſſo, aut vulnerato obmuteſcentium, fiſtulæ difficillimæ ſunt, quæ in cartilaginoſis & excarnibus locis contingunt, aut ſi caruncula in fiſtulæ orificio appareat ex fungoſâ carne. Ulcera in pulmonibus ſunt inſanabilia propter viciniam cordis, motum perpetuum, & reſpirationis neceſſitatem, ulcus veſicæ propter continuum ſeroſi humoris affluxum, non exiccatur, ut plurimùm. Ex inguinum tumoribus febres omnes malas vult Hipp. præter diarias 4. Aphor. 55. quia ejuſmodi tumores ſolent ſequi magnas partium nobilium inflammationes, & corruptelas, ut in ſtatu peſtilenti, vulnera punctim inflicta nervis & tendinibus, propter peſſimam ſaniem, dolorem, & convulſionis metum adferunt, vult per tranſverſum abſcindi Galenus, licet mutilatio ſubſequatur, ne ob cauſas prædictas præſentem mortem inferant. Item affectus orificij ventriculi magnam moleſtiam, & perniciem inferunt, ut fit in cardiogmo, ſic omnes reliquæ corporis partes, ubi morbis detinentur, ratione eorum quæ propoſita ſunt, ſuppeditant Medico aliquod prædicendi argumentum, ut in ſectione de morbi magnitudine.

SECTIO XLIII.

De Prognoſi ex Externis Concurrentibus.

HIppocrates 1. Aph. 1. Medicus non ſo
lum debet prętare ea quæ oporte
ſed & ipſe ęger, adſtantes, & extern
Externa iſta vel ſunt neceſſaria,
vita noſtra ſine ijs perſiſtere non poſſ
nempe ſex res non naturales cum ſuis annexis, v
non neceſſaria ſive fortuita pro diverſis occaſion
bus & circumſtantijs, quibus ſtatus ęgrorum, &
etiam ſanorum contingit mutari. Ratione cœli & ſi
derum quæ agentia externa ſunt, Aſtrologi mult
prędictiones non ſolum in morbis, ſed etiam in ali
inſtituerunt. Regiomontanus exortum luis vene
reæ prędixit ex certis conſtellationibus apud Gu
donem, ſic peſtes multæ prævi ſæex congreſſu quo
rundam planetarum. Hipp. dixit, ſub & ante Ca
nem difficiles eſſe purgationes, & ratione ortûs &
occaſûs quorundam ſiderum, ut Caniculæ, Pleïa
dum, Orionis, & ſimilium, vel ingreſſum ſolis i
puncta illa ſolſtitiorum, & æquinoctiorum mult
mutationes in corporibus noſtris contingere, ta
men fit potius ſub viâ ſigni quam cauſæ, prout tun
fiunt inſignes mutationes in his ſublunaribus. Mul
tum aſcribitur à Galeno viribus lunæ à motibus &
influentijs ejus, unde rationem deſumit dierum
critico

criticorum secundum varias ejus quadras & configurationes. Defectum lunæ in ęgris debilibus detestatur vulgus certâ experientiâ, & incrementum meritò laudat. In epilepticis & maniacis incrementa & decrementa Lunæ multum influunt: in pestilenti statu circa plenilunia & novilunia magnam stragem contingere observatum est. Hipp. 3. Prog. Oportet motus morborum grassantium diligenter notare, & constitutionem temporum annî ad rectè prędicendum, 3. Aph. 7. Qualis fuit totius anni constitutio, tales, ut plurimum, morbi, Aph. 15. In universum, siccitates imbribus assiduis salubriores, & minus morbiferę. Aph. 8. In statis temporibus, quum tempestivè fiant morbi stabiles, & bonî indicij contingunt, & contra in instabilibus; comparatione factâ inter tempestates anni, autumnus exitiosissimus est, ver autem minime mortiferum, æstivi morbi succedente autumno, ut plurimum, solvuntur, hyemales autem vere aut æstate, Aph. ejusdem sect. Quando eodem die modò calor, modò frigus urget autumnales morbos, & inconstantis judicij expectare oportet. Vis ventorum in varijs partibus flantium multum mutat prognosin morborum. Regiones peculiares, & loca in quibus degunt ęgri in Chronicis morbis jubentur mutari ab Hipp. 6. Epidem. prępipue ad natale solum, vel contrarium, in quo morbus sit contractus, Galenus phthisicos Tabios misit qui Romæ erant, multi sunt qui aliter nunquam convalescere possunt. Ex victu prognosis potest institui, nam is pessime ęgrotat, qui ab alimentorum pravorum longo, & multo usu morbum

contraxit, ut in annonæ caritate videntur morbi epidemici & peſtilentes vagari, unde Hipp. dixit, poſt famem peſtis, vel quando in ipſo morbo æger non abſtinet à cibis cacochymis aut ſponte, aut meliorum inopiâ, ut inter navigandum, & in magno exercitu contingit, copioſori qui utuntur alimento producunt morbum, nam quò magis corpora impura nutriuntur, eò magis læduntur.

Omiſſio magnorum remediorum in principio morbi ancipitis magnum portendit periculum. In principijs igitur ſi quid videtur movendum, move: ſi venæ ſectio in principio pleuritidis aut peripneumoniæ omiſſa, deploratus ſtatus ægri niſi robuſtus, & larga ſequatur hęmorrhagia, quæ liberat, ſic turgente cacochymiâ, niſi purgatio citò inſtituatur, ægri valdè periclitantur: quod ſi ab iſtis, aut cæteris remedijs frequenter uſurpatis nihil juvetur æger, peſſimum ſignum morbis peſtilentialibus proprium.

Quicunque incidunt in morbos ob iram vehementem, mœrorem, & ſimilia pathemata, graviter ægrotant, & vix convaleſcunt niſi ijs priùs ſedatis.

Multi ægrotantes perire ſolent vitio miniſtrorum, muliercularum, & amicorum qui Medicorum conſilijs repugnantes, & ægri libidini indulgentes, ea præſtant, aut omittunt quæ ſunt ęgro noxia, aut utilia. Fulgura, terræ motus, ruina ędium, canum latratus, vicinorum ſtrepitus, mali nuncij, repentinus adventus, & ſimilia, quò vehementiora ſunt, eò majorem perniciem ægrotantibus inferunt.

Sana-

Sanationem tamen per accidens hæc externa adferunt, ut videtur in tertianâ, aut quartanâ, detensio, immersio inopinata in aquam sanat, aliquando ægri inopinato incendio domûs in quâ decumbebant sanati sunt, detrusis humoribus à timore commotis ad partem ignobilem, hoc etiam contingit in maniacis & hydrophobis in aquam detrusis, & in multis similibus, & error in prognosticando sæpe fit à talibus non vitio artis.

SECTIO XLIV.

De Crisi.

MOrbi quando judicantur aut intenduntur, ut quando furor sedat melancholiam, aut diminuuntur, ut fit in partiali crisi, in alios morbos vertuntur, ut continua in tertianam intermittentem, &c. aut ex toto desinunt, ut in crisi aut solutione.

Species particularium crisium sunt rigor, vomitus, hæmorrhagia, diarrhœa, perirrhœa, sudor, fluor mensium, hæmorrhoidum, fluxus pituitæ per os, per varias simul excretiones, per abscessus, & solutionem.

Rigor criticus per se est, qui in die critico nullâ aliâ consequenti sensibili excretione, materiâ ad panniculum carnosum detrusâ, à morbo liberat per insensibilem transpirationem, sed hoc rarissimè

contingit ex Hipp. in Cauſone aliquando cernitur. Alius eſt rigor qui præcedit ſenſibiles evacuationes quaſcunque.

Vomitûs critici ſigna ſunt in febribus non exitialibus, capitis dolor mordax & fugax, tenebricoſum quid obverſari oculis, animi ſubverſio, ſingultus, cordis dolor cum faſtidio, oris amarore, & oris ventriculi morſu, ſi rigor die critico prehendat. & hypochondriorum partes frigidę ſint, tremor labri inferioris, & cordis palpitatio, cum ptyaliſmo, pulſus durus & inæqualis. Si hæc, aut maxima eorum pars in febri bilioſâ & die critico, ut dictum, morbi ſpeciei correſpondeant, fideli & univerſali præcedenti coctione in judicante die, videlicet quarto aut ſeptimo & ſic de reliquis: aliter vomitus non erit criticus, ſed ſymptomaticus, vel ſaltem mixtæ naturę, ut in principio morbi ubi magis juvat, quam lędit.

Hęmorrhagiâ ſynochi omnis generis ſolvuntur, ſæpe etiam cauſos, & tertiana verno tempore, item internæ & ſyſtrophicæ viſcerum inflammationes, videlicet, hepatis, lienis, pulmonum, pleurę, diaphragmatis, præcipuè cerebri inflammationes, & dolores capitis in adultis, & repletis potiſſimùm, & qui venas amplas habent. Signa ejus ſunt hypochondriorum fugax tenſio ſine dolore, cum anhelitûs difficultate; rubor faciei, oculorum, & narium cum venarum intumeſcentiâ, pulſus aſpectabilis arteriarum temporum, colli dolor gravativus & pulſatilis, fugax cephalalgia, & lumborum gravans dolor, ſi veluti fulgura, aut tenebrę oculis obver-

obversentur, cum spontaneis lacrymis. Si hæc eveniant in prędictis affectionibus sub diem criticum cum signis coctionis prędecedaneis, etsi sanguis liberaliter erumpat, non merus, sed suo sero permistus, & è directo à morbo liberat, at aliquando in febri malignâ fiunt hæc ab excursu enormi symptomatum ad delirium & convulsionem, ubi nulla hęmorrhagia expectabilis est.

Diarrhœâ judicantur morbi qui à bile, aut à salsâ pituita in picrocholis κατὰ. Ejus signa sunt, si prędecedente pepasmo à die saltem judicante in adulto aut sene, ventris suspensi murmur adsit, & fugax borborismus, cum hypogastrij, & lumborum dolore (nisi urina vel flatus rumpant) & ventris excrementa liquidiora fiant valde solubilia, & impermixta, cum magno dissidendi appetitu, neque urina multa, neque ad eam inclinatio cum hypostasi multa, crassa, & inęquali, si nulla sint signa aliarum excretionum crisin per dejectionem expecta, morbi sic judicati finiuntur tardè.

Perirrhœa non dicuntur morbi solvi, qui per urinę coctionem solvuntur, sed ij qui per urinam multam turbatam copiosè fluentem manifesta & perspicua excretione terminantur, ex quorum numero sunt febres ardentes, imò nothę & spuriæ febres, quæ ex diu fermentata putredine ortum duxerunt, & istæ quæ inter acutas & chronicas medię naturę sunt quæ amant' absessu judicari ad articulos, hos urina multa, alba, & crassa liberat. Crisis quę fit per perirrhœam est reliquis prolixior, quia plures

exigit dies evacuationis. Crisis per urinam rarò ad validam mutationem sequitur. Signa sunt, cutis constipatio cum habitu corporis denso, consuetudo per urinam evacuandi, copia urinarum sensim crescens potumque excedens tincta humoribus, insolitus ardor urinę adest, & pruritus in virgę extremitate. Si urinę priùs crassę & difficulter exibant, dein tenues & affatim, alvus subsistit, & horripilatio a renibus oritur, renes ipsi & vesica gravi & molesto dolore afficiuntur, & tensio ab urinę pepasmo. Crisis per urinam dignoscitur a multitudine, crassitie, & irritatione. Color, sedimentum, & substantia sunt confusa, & aliquando alba, perspicua & tenuis, aliquando crassa, confusa, & turbata existit. Hinc fit ut aliqui videantur sine pepasmo in urinis convalescere, tandem adest aliarum excretionum privatio. In malignis febribus aliquando exit urina affatim & multa sine allevatione morbi cum gravioribus symptomatis, & sic fit à colliquatione.

Sudore judicantur morbi acuti ab humore tenui, si calidus & acutus sit morbus, & crisis in primis periodis 4. 7. aut 14. fiat. Si signa vomitûs non adsint, cùm delirant ęgri increscente accessione, si partes externę rubicundiores & calidiores existant, si vapor calidus exeat, qualis non priùs aderat, si pulsus undosus & valde mollis, si suppressis urina & fœcibus rigor acciderit cum dolore punctim feriente in epidermide ęgro non debili, existente, facies tumescens & rubens cum cute laxa & molli. Si hæc fiant in die fœcundo, crisin per sudorem

expecta

expecta, ſi levet, vel ſi morbi vires frangat, bonus: rarò tamen per ſudorem ſolum ſolvitur morbus, ſine metu recidivę, niſi ſimul perirrhœa, alvus laxa, aut hęmorrhagia, *&c.* ſupervenerint.

Abſceſſu non ſolùm judicantur morbi longi & acuti ex decidentiâ, ſed & ſimpliciter acuti, ut peripneumonia, lethargus, variolæ, & morbilli, & febres petechiales, qui morbi omni excretioni reluctantur; propellunt materiam ad aliquod ignobile membrum, ut plurimum criticè, niſi fiat palindrome, *&c.* ut ſupra. Signa autem ſunt, cum morbus protrahitur, & cùm prętęrierit plures dies criticos puta 7. 14. & 20. cum ſalutaribus ſignis, nec foveatur à dolore, aut alijs evidentibus cauſis, ſed ſolùm à cruditate fit. Criſis per abſceſſum expectanda, niſi fluxerit materia per urinam multam craſſam, vel ſi adſit virium imbecillitas cum magnâ cruditate, vel malignitas, tunc mors expectanda. De ſignis abſceſſûs ad ſuperiores partes, & ad inferiores ſupra in ſect. de prognoſi ex abſceſſu tradita ſunt, & reliqua de ijs bona & mala in morbis, ideoque hæc non ſunt repetenda.

Signa menſium criticè fluentium, ſi tempus quo fluere ſolent, inſtare videatur, ſi dolor, & calor, ad lumbos, femora, coxas, muliebria, umbilicum, & ſpinam recenter ſuperveniant, cum urinâ nigrâ, vel ſaltem ſedimento nigro. Si os ad tempus rubore ſuffundatur, quærendum eſt à mulìere quibus ſymptomatis vexetur, dum ordinariè fluere ſolent: nam alijs uterus dolet, alijs dorſum, & lumbi, *&c.* Hæc cum abſentia reliquorum excretionem denotant

denotant criſin per menſium fluxum.

Signa criſeos per hęmorrhoides, ſi ſolent fluere, & ſunt ſuppreſſæ, ſi pondus gravans in lumbis & renibus, ſi calor, punctio, vel titillatio inſolita circa anum ſupervenerint, quibus accedit oris ventriculi moleſtia.

Criſis alia particularis datur, quæ eſt fluxio materiæ pituitoſę per os ad aliquot dies durans, quæ ptyalißmus dicitur. Cognoſcitur à capitis dolore & tumore, palati, gingivarum, & oris inflammatione, vel phlogoſi cum alvo valdè ſuppreſſa, & ſudoris carentia, nam in talibus cutis eſt denſa, & pori conſtipati.

Criſis per varias ſimul excretiones cernitur pręcipuè in morbis ubi malignitas, non prevalet, ſed putredo, atque maxime cum in diverſo foco computruit materia, & ex diverſa humorum fermentatione. Cognitis ſingulis ſpeciebus criſis per ſigna propria, non erit valde arduum, varias criſium differentias per diverſas ſimul excretiones vigilanti ſollertia pręſagire utrum erunt omnes an plures ſimul, acriter expendendo ſignorum merita, humorum & morbi inclinationem.

Aliquando etiam morbi ſolvuntur ſine ulla notabili excretione ex prędictis, ut diaria, & morbi acuti ex decidentia in ſenibus pręcipue.

Poſt infidam criſin, ſæpe recidivam patiuntur, ęgri, quia quæ in morbis relinquuntur, recidivas facere conſueverunt. Signa ejus ſunt, quando convaleſcere incipiunt ęgri, remanet oris ſiccitas, amaror, & inſuavitas, & cibi faſtidium, ſitis importuna, gravitas

gravitas totius corporis, cum urina tenui, aut conſa, dejectionibus graveolentibus & variegatis, dore inſueto, & colore alieno & fœdo, 2. Aph. 8. Quicunque in morbis convaleſcentes cibum acciiunt, & nihil proficiunt ij malignè recidivant.

Criſis per antonomaſiã eſt ſubita mutatio ad morem, vel ad ſalutem. Criſis tribus modis ad ſalutem t, & totidem ad mortem, vel repente ad ſalutem t inſigni aliqua exc etione, aut multis ſimul ſine llo veſtigio morbi relicto, quod videtur in febribus velociter motis in calida regione, ęſtivo tembore, in junioribus & robuſtis. Secundus modus eſt epentina mutatio in melius paulatina ad perfeam ſalutem, cùm per plures partiales, & imperfectas criſes liberatur ęger, fit in frigidis regionibus, &c. ut 9. Epidem. ſect. 13. Dealcis 14. die ſudore ſub levatur non judicatur integrè ad 40. Sic Hierophonti accidit, qui nono à morbi principio, & nono à recidiva ſudavit, & judicatus eſt. Tertius modus fit per ſolutionem, ſine aliqua notabili excretione. Eaſdem differentias ſortitur mala criſis. Prima eſt ſubita ad mortem mutatio, ut excretiones omnes peſtilentes, quæ in morbi principio ęgros tollunt, ut Critoni in Thaſo contigit, cui ſecundo die dejectiones erant meræ bilioſæ, & crebræ, & ſubitò mortuus eſt. Secunda, eſt ſubita ad pejus mutatio, ſed paulatina ad mortem, ut Sileno contigit 1. Epidem. ſect. 3. Ægrot. 2. Tertia, cùm vires atteruntur vi morbi ſine aliqua ſymptomatica, aut enormi evacuatione, & natura debellata ſuccumbit.

Criſis

Criſis vera differt à criticâ ſolutione, quod in illa ſubitò, in hâc paulatim morbus finiatur. Manifeſta & ſubita excretio eſt in prima, & bona, in ſecunda abſceſſu, tranſpoſitione, & etiam conſpicua evacuatione, modò fiat paulatim. Sed præter excretionem ſenſibilem vehementiſſimi caſus criſes ſunt. Accidit ſæpe in chronicis morbis ubi criſis non ſperabilis, & etiam intra terminum acutorum 14. nempe, & in acutis ex decidentia ſæpe fit: ad criſin peantonomaſiam reducitur, quia fit ſubitò nihil morbi relicto; cernitur in notha, & lenta tertiana, & in rebelli quartana, vehementiſſima acceſſio morbum tollit abſq; ulla ſenſibili excretione, ſolvuntur etiam febres intermittentes omnes, applicitis quibuſdam rebus carpis, ſine ulla excretione notabili, & ſic de internis febrifugis dicendum.

Subita iſta mutatio in criſi ad melius vel deterius ſpatio 24 horarum poteſt fieri: nam in iſto ſpatio vehemens alteratio, vel libera & liberalis excretio poteſt paſſi reſiſtentiam ſuperare.

Mutatio paulatina ad quartum aut ſeptimum diem ſolet extendi ab illo quo incepit, nam judicantes aut critici dies ſolent actiones naturæ perficere & terminare: Cum iſta mutatio ad plures dies extenditur, quam ad ſeptimum; illud aut facit materiæ perennis generatio, ægri reſiſtentia ſingularis, aut permutatio temporum. Hipp. 3. Aph. 8. Conſtantibus temporibus fiunt conſtantia judicia & contra. Conditiones bonæ & veræ criſeos ſunt quatuor. Prima eſt, ut illam antecedat fidelis coctio per gradus comparata, & ſingulis diebus, aut pluribus

luribus simul apparens, non subita, partialis, aut
tercisa. Secunda est, ut crisis adveniat die decre-
orio, seu id fiat à virtute lunæ in suis quadraturis
aximè, seu à causæ morbificæ energia certa, de-
erminantis actionem influxûs cœlestis in tali die,
ve ab ijs simul junctis, seu ultimò à diei virtute,
uo natura proportionibus quibusdam definitis ope-
tur. Tertia est, ut crisis præjudicetur; quia luna
sponit materiam morbificam ad crisin per qua-
aturas, quarum unaquæque adimplet septem dies
m paucis horis, ut impulsui cedat. Fit inde ut in
edia quadratura, materia dimidium istius disposi-
nis ad crisin requisitæ assequatur, fit inde ut ma-
ria sit semimobilis, licet non perfectè, quod satis
ad præmonstrandam naturæ inclinationem, ad
isin perficiendam, quando materia morbifica ul-
mam dispositionem assequuta est. Dies quarta est
media quadraturæ primæ, nempe 7. 11. in me-
o 14. & 17. in medio 20. Quarta conditio est, ut
n causæ, quam symptomata critica cum specie
orbi symbolizent, si ista sint à morbo aliena, & ab
o principio concitata, fidem fallunt, & loco crisis
dunt in ægri perniciem. Exemplo res erit mani-
sta. Detur, quod febris sit synocha, si, observatis
nditionibus, stilla sanguinis quarto die apparue-
, rationaliter crisis per hæmorrhagiam speratur
septimo, vel 14. si veniat 11. die. Si verò contra
veniat fluxus atri vel adusti humoris, est à mor-
alienum, & ab alio principio, & sic non ad ve-
n crisin, sed ad ægri perniciem concitatur; nam
uit recentem putredinem contractam, à qua

malig-

malignitas oritur: & ſic de alijs dicendum Præterea ſymptomata critica licet vehementia, ſunt fugacia, & ad ſpeciem criſis adveniunt: quòd ſi die critico aut paulò antè veniant, & critico exacto adhuc perdurent, hoc eſt inveterationi cauſæ recens ortæ, putredini, aut malignitati aſcribendum, ut ſunt delirium, cataphora, aliſmus implacidus.

Aliquando videntur perfectiſſimæ criſes non præjudicatę, vel ex robore naturę, vel violento conatu abſque ullo pepaſmò perceptibili, videntur criſes perfectiſſimę fieri; & cum perfecta concoctione criſes ſequi cum multiplici relapſu, ſunt enim ſemper morborum medicatrices naturæ, ſi ablatis impedimentis operentur. Meteonem vidit Hipp. 1. Epidem. ſect. 3. Ægrot. 7. cùm urina nigra, & ſtillæ ſanguinis nigri inſexto ſine recidiva judicatum, hoc eſt non ſolùm ſine coctione, ſed cum humorum insigni uſtione.

Signa decretoria non ſufficiunt, ſi alio quam ſuo tûs tempore ſe prodant; nam aliter fiunt ab alio principio, & decretoria non decernentia recidivam, aut mortem minantur. Exemplo ſunt febres quæ incipiunt cum rubore diſperſo, aut excretione ad cutem, omnes degenerant in malignas: quòd accidat effœtis jam viribus, mortem minatur; cum validis viribus, fluctuant in ancipiti fortuna dixit Galenus conturbatas has criſes, quæ pepaſmum pręcedunt, malis & fortiter exolventibus ſymptomatis ægros cumulare. Sed & aliquando procuæ excretiones exolventes ſymptomaticæ, na-

ſæpè alioqui morituros liberarunt, ſed hoc potiùs virtutis robori tribuendum. In hoc differt vera à falſa criſi, quòd in illa ſint naturæ certamina, in hoc morbi certamina turgenter irritantis, ideò illa liberat, hoc exolvit cùm natura regulariter operatur, & fit cum ſignis coctionis in diebus criticis, ut 4. Aph. 36. Sudores boni ſunt qui adveniunt die 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 20. 27. 30. 34. non ſudores tantùm, ſed & alvi excrementa, urina, abſceſſus, *&c.* ut dixit Galenus ibidem. Septimus ex privilegio ſpeciali magis fideliter judicat, manifeſtè, clarè, & perſpicuè, quia morbus qui finiri debet die 7. cauſam in tenuitate & ſubſtantiæ modo aptam ſortitus, impetuoſe movet. Influxus quantò magis recedit à principio, tantò magis delaſſatus accedit, ut influxus primi circuitûs eſt fortior quam ſecundi, & ſecundi quam tertij, *&c.* In ſexto die non tantùm infidele judicium cum metu recidivæ, ſed & pravum, & ſemper fere cum vitæ diſcrimine, quia in illo omnes rationes deficiunt, quæ ſeptimum validè diſcernentem conſtituunt, in hoc enim ſunt certamina, ſexto verò die, & morbi tyrannidem, irritationem, & turgentiam ſequuntur criſes, contra naturæ methodum, & morbi naturam, v. g. in morbo bilioſo, ubi motus de tertio in tertium. Si criſis fiat ſecundum naturæ methodum erit in 7. ſi anticipet in 6 ordo à principio alio invertitur, quòd verò virgo Lariſſæa eſt in ſexto optimè judicata, hoc raro naturæ miraculo, & non ſexto diei aſcribendum, nam nulla eſt regula tam firma, quæ aliquam non patiatur exceptionem.

Lauda-

Laudabiles criſes fiunt imparibus diebus, etſi fortè qui priùs imparibus diebus movebatur, ad pares convertatur, hoc fit infelici augurio, ſi non impari incepta in pari perficiatur, ſed hoc non eſt paribus apponendum. Et licet dicat Hipp. qui paribus diebus exacerbantur, paribus judicantur, & repetunt & malè diſcernunt, iſti aphoriſmi, modò rectè intelligantur, nullam contradictionem continent. Ad quorum notitiam. 1. Sciendum eſt menſem lunarem triplicem eſſe, peragrationis, conjunctionis, & apparitionis. Menſis apparitionis, ſive illuſtrationis inęqualis eſt, pro vario reſpectu temporum, ſolet tamen ſæpiùs conſtare 26. diebus, & horis 12. Menſis conjunctionis, ſive ſynodicus 29. diebus, 12. horis, & minutis 40. Menſis peragratorius, ſive periodicus, eſt curſus lunæ in Zodiaco ab eodem ad idem punctum, quod perficitur diebus 27. cum 8. horis. Si hoc dividatur in quatuor ſeptimanas, unaquæque habebit dies ſex, & horas viginti, tres ſeptimanæ circumſcribuntur viginti diebus cum dimidio, & cùm velocitas morbi acuti anticipat horæ dimidium, remanebunt 20. dies, & nil ultra. 2. Sciendum eſt, quòd dies integri non ſint numerandi ad tales ſeptimanas conſtituendas, ſed mutilati, non tamen uniuſquiſque, ſed ille qui quaternarium, aut ſeptenarium conſtituit, mutilus eſſe debet. 3. Sciendum quod dierum alij ſint naturâ ſuâ pares, quoniam ſemper ex paribus reſultant, ut 4. 6. 8. &c. alij ſolâ computatione numericâ, ſed impares natura, ut 14. & 20. pares numericè ſunt, quoniam primus cõſtat ex duobus ſeptenarijs,

alter

alter ex duobus denarijs, sed impares sunt naturâ, nempe criticâ dierum computatione instituta, secundum mensem lunæ periodicum, ut dictum: nam prima septimana est à 1. ad 7. 14. est finis secundę & initium tertiæ, & sic tertius finitur die 20. ideò vigesimus constat tribus septimanis in se ductis.

Aphorismus igitur, qui paribus diebus exacerbantur, paribus judicantur, intelligendus venit de paritate numerica, non de paritate naturæ; nam qui arithmetica ratione sunt pares, possunt esse critica ratione impares, ut dictum. Sed si contingat morbos aliquando diebus natura sua paribus & numerica ratione simul, ut 4. 6 8. *&c.* aut est cum metu recidivæ aut mortis, nisi sit raro naturę miraculo ascribendum, ut virgini Larissęæ in sexto contigit. In quarto tamen sæpè cum viribus robustis & sata coctione benè judicantur morbi mitissimi, & malignissimi 4. die mortem adferunt, aut citiùs: sed & hoc non solùm fit à robore virtutis & morbi turgentis, sed etiam à virtute diei, quartus etiam meritò inter decretorios est sæpè reponendus. Nam si primo die natura materiam morbificam concoquere aggressa sit, nil obstat quin quarto pepasmus elaboratus sit, & si 4. rudimenta concoctionis fiant, septimo crisis perfici possit, quippe 4. inter 7. & 1. medius interjacet, & societate utrique annectitur. Galenus vidit semel 4. ęgrum judicatum, Archigenes bis, Hippocrates semel in Pericle, & aliter in Calvo, qui 4. die interijt.

Dies primus est etiam decretorius, ut in diaria

contagiosa febri catarrhali, & ephemera. Ex Hipp. de diebus decretorijs, lib. 1. sect. 3. textu 51. sed in ijs morbis qui coctione judicantur, non vehementi excretione, ut fit in diarijs mitioribus, tamen in diaria contagiosa; & febri catarrhali perturbatio repentina negari non potest, quia largo diffluunt sudore ægri, sed materia nunquam fuit valdè cruda nec coctione multa eget, sed excretione.

Febres quæ 4. die, aut citiùs finiuntur, non dicuntur mites ratione vehementiæ, & celeris motûs; namque mites tali modo possunt esse valdè malignæ, & securissimæ febres propter vehementiam, & motûs celeritatem possunt ægros valdè fatigare, sed dicuntur mites ob absentiam pravorum symptomatum, ut & aliquando debiles febres cum urinâ valdè aqueâ, licet non malignæ tam longæ sint, & periculo non vacent, si vires debiles.

Paribus diebus dicuntur moveri febres, in quibus secunda dies est gravior primâ, & quarta gravior secundâ, & sic deinceps morbus paribus movetur diebus, natura imparibus. Peracuti exactè morbi terminantur 4. die aut citiùs, peracuti non exactè 7. finiuntur: Acuti exactè 14. acuti non exactè 17 aut 20 nam sicuti exactè acuti, non omnes perveniunt ad 14 sed sæpè solvuntur 11. sic acuti non exactè sæpè 17. solvuntur, si sunt præcisè tales, acutorum tragœdia tota illìc terminatur.

Natura in morbis acutis progreditur per circuitus quaternarios secundum Hipp. in Prog. Septenorum enim quartus est index usque ad 20. postea in morbis acutis ex decidentiâ progreditur per

circuitus septenarios. Primus quaternarius ad 4. extenditur, secundus ad 7. tertius ad 11. quartus ad 14. quintus ad 17. sextus ad 20. Nullus horum quaternionum potest integris diebus numerari, neque enim annus, aut mensis quicunque lunaris integris diebus numerari potest. Post vigesimum perit quaternionum potestas, & priusquam ad 40. perventum, languescit etiam septenariorum virtus.

Dies igitur omnes dividuntur in quatuor ordines, in judicatorios, indices, intercidentes, & vacuos.

Dies judicatorij sunt 7. 14. 20. 27. 34. & aliquando 1. & 4.

Indices sunt 4. 11. 17. 24. 31. 37. scindunt in medio septimanas.

Intercidentes sunt 1. 3. 6. 9. 13. 15. 19. 21. 23. 25. 29. 33. 35. 39.

Vacui sunt 2. 6 8. 10. 12. 16. 18. 22. 26. 28. 30. 32. 36. 38.

A 40. ad 120. circuitus per vicenarios numerantur, in longis morbis perit fere dierum potestas, & post vigesimum nisi rarò potius paulatim solvitur morbus, quàm subitâ crisi terminatur. Si in die indice nullus sit morbi acuti insultus, difficillimum erit instituere prognosin de crisi, nam sæpe inopinatâ excretione solvitur morbus, quoties auxilijs præripitur crisis occasio.

Morborum alij sunt homogenei, & in causâ & in principio æqualem sortiuntur ascensum; heterogenei alij, qui inæqualem sortiuntur ascensum in acutis, & fere semper in primo quaternario

circuitu, lento moventur gradu, & celeritatem & acutiem in secundo aut tertio circuitu acquirunt tunc crisis non est computanda à primo insultu, sed ab acutie incipiente, & sic licet respectu primi insultûs crisis possit in die intercalari, aut vacuo cadere, ut 10. 12. 15. &c. tamen si instituatur computatio respectu incipientis acutiei, licet in prædictis diebus inciderit, potest esse decretorius verus respectu ejus.

Quando dies 21. dicitur decretorius fit cùm dies integri mensis lunaris numerantur, 20. verò, quando mutilati numerantur, ut dictum, nec est contra vera præcepta crisin 20. incipere, & perfici 21.

Quia non venit vera & laudabilis crisis (ordinarie) nisi in statu morbi, causâ morbi concoctâ, utili ab inutili separato, & vijs ad fluendum dispositis, perficitur in diebus decretorijs potiùs quàm in alijs, quia in illis morbi coctio, materiæ discretio, motus materiæ morbificæ, & certantis naturæ incidunt.

Ut status morbi cognoscatur quando crises fiunt, sciendum est quosdam esse morbos, quorum omnia tempora brevissimo spatio clauduntur, ita ut vix distingui possint ut apoplexia, quæ sæpe sex horarum spatio jugulat, venenum intus genitum, fortis angina, item catarrhus suffocativus. Sunt quidam qui habent statum à principio, & longâ declinatione producuntur, ita ut vix per annos finiantur, ut paralysis, & de talibus nulla fit prognosis per crisin, quia non est expectanda. Alij morbi longum principium, & productum augmentum habent

habent, ut quartana forte ad 40. dies, ad quorum proportionem est status, & par declinatio, & aliquando brevior, ut in quotidianâ.

Aliæ febres habent tempora brevia, sed distincta, ut vera tertiana, cujus prima accessio est principium, in secundâ & tertiâ augmentum, in quartâ & quintâ, ut plurimum, status, in sextâ declinatio, ad proportionem continuæ quæ septimo die, terminatur ista septem circuitibus, ut inveniatur status. In acutis distinguendi sunt in peracutos, acutos, & ex decidentiâ tales. In acutis quibuscunque si velocitas motûs adsit, & procella symptomatum, crisis tempus facilè in principio præcognosci potest, at in longis contra, non in principio, sed flexu temporis cognoscitur ex epiphænomenis signis, morbi naturâ, ægri viribus, temperamento, regione, & tempestate, nam qui tardè moventur, in ijs status difficulter dignoscitur. Sunt etiam ex numero acutorum quidam morbi, de quibus supra, qui nulla certa signa in principio de statu præbent, & proinde neque de crisi, sed præteritis quibusdam quaternionibus v. g. in ijs qui tardè in principio moventur, & postea acutiem assumunt. Atque etiam in continuis & intermittentibus malignis, quæ benignarum larvis indutæ Medicos in principio decipiunt, sed progressu temporis nebulæ ambiguitatum discutiuntur.

Exquisitæ, sive continuæ, sive intermittentes quæ sunt, in principio cognoscitur earū status & proinde crisis, quæ autē spuriæ sunt, & ex commixtione plurium humorum secundo, tertio, vel quarto die tandem innotescunt.

Igitur cognoscenda ad crisin morbi natura, circuituum proportiones, & motûs celeritas, vel vehementia, & universalia morbi tempora, inprimis morbi magnitudo, species, mos, & motus, item accessus & recessus febrium perpendendus, epiphenomena tum ad tempus, tum ad speciem crisis seriò perpendenda.

Coctionis & cruditatis signa præmonstrant crisin, & coctionis signa quovis tempore si appareant, crisin futuram designant Hipp. 4. Aph. 70. Quibus die septimo futura crisis, ijs nubecula rubra in urinâ die quarto apparet, igitur si in die 4. talis in urina nubecula appareat, 7. expectanda crisis, si verò non appareat in 4. considerandi veniunt alij dies indices, & decretorij in alijs septimanis & circuitibus.

Licet signa coctionis semper certò præmonstrent crisin, tamen signa critica, nisi opportuno tempore post coctionem eveniant, neque crisin, neque ejus speciem præmonstrant v. g. facies rubore perfusa, splendores ex oculis, lacrymæ involuntariæ hæmorrhagiam jamjam futuram designant si in die fausto cum signis coctionis, at in principio morbi non crisin, neque tempus, modum, aut speciem, sed aut mortem, aut cerebri inflammationem, delirium, aut ad minimum, maximam phlogosin in sanguine; nam crises perfectæ nunquam adveniunt, ut dictum, nisi in statu, & vigore morbi. Crises exitiales fiunt in principio, aut aliquando in augmento, instare diem crisis critica signa, si debito tempore veniant, monstrant ut 3. Aph. 13. Quibus crisis futura

futura est, nox quæ accessionem præcedit, gravior esse solet; de ijs signis in principio sect. hactenus dictum. Si sævissima symptomata anticipent, id est, veniant in principio quæ in statu advenire debebant, aut quando declinatio sperabatur, incipiant rursus prava symptomata pullulare, in utroque casu infelix crisis, & exitus expectandus.

Si igitur Medicus diem criseos, & modum, & speciem, ex magnitudine, velocitate; more specie, epiphænomenis, ex natura simplici, aut mista morbi, circuituum ordine, temperie, regione, tempestate, sive paribus, sive imparibus diebus moveatur morbus, perspectum habeat, hora qua maxime efferveseit erit crisis hora, nisi nimium lacessita natura ex multitudine & acrimonia materiæ prorexin, id est, præruptionem faciat, tunc lacessita crisis fiet per horæ anticipationem.

Crisis pessimè hora dignoscitur, si dies ipsa infausta sit, & si enæorema nigrum, aut discoloratum in urina quarto die, aut alio judicante fuerit, cum caterva pravorum symptomatum: si per impares moveatur dies, die septimo aut alio critico hora accessionis erit mortalis; si per pares moveatur (ut sæpius fit) die sexto aut alio pari, eadem hora expectanda mors; si omnia signa pessima, quarto interibit, si omnia salutaria, salvabitur quarto, vel citiùs. Utrum in principio, incremento, aut declinatione particularis accessionis morietur, sic dignoscitur. In principio accessionis intereunt multi, inquit Galenus, qui propter materiæ multitudinem, aut crassitiem, aut internam inflammationem lethaliter

laborant. In incremento vel statu, qui propter juventutem cum morbo colluctantur, in declinatione cum pari victoria cadit naturalis calor cum calore febrili ob extremam debilitatem, rarò tamen contigit.

SECTIO XLV.

De Prognosi ex Recidivâ.

QUÆ plurimùm die decretorio recidivæ adveniunt, quoniam in his movetur materia morbifica, ex efficacia diei speciali, sed & aliquando contingunt diebus paribus, si morbus impari desierit. Crises quæ veniunt post 20. per excretionem confestim factam fiunt, quòd acuties ex nova accessione advenerit, non autem à morbi principio, & hæc late sumpto vocabulo recidiva dici potest, Hipp. 2. Epidem. 4 & 6. Quæ relinquuntur in morbis recidivas facere consueverunt: revertuntur morbi non semper, sed præstita occasione, occasionem præstant constitutio temporis, morbi malignitas, causa morbi non excreta, sed alicubi in corpore latens, ægri incontinentia, austrina tempestas, regnans; causa reversionis morbi fit, ubi humor crassus relinquitur post crisin. Morbi malignitas judicationem infidam facit, nam portio relicta ex materia benigna sæpe superatur à natura, nec facile recidi-

recidivat, materia autem maligna venenatam habet qualitatem, & conditionem, ut non possit coctione superari, & minima ejus portio, sicut ignis scintilla vires acquirit eundo, ad incendium excitandum, hinc fiunt frequentiores recidivę in malignis, quàm in alijs febribus. Ægroti incontinentia, etiamsi remaneat neque multa, neque prava materia, sed dispositio ola prava, ex superfluo alimento fabricat sibi novam materiam eam fermentando, & in materiam novę causę morbificę transmutando, nam Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Galenus autem dicit, quæ relinquuntur in morbis duo esse, materię scilicet antecedentis portionem, sive benigna sit, sive maligna, quæ paulò pòst putrescens in suo foco. similem morbum priori excitat, vel intemperiem, sive impressionem alicujus qualitatis in aliquo viscere inustam, ex qua brevi suscitatur morbus priori similis, licet convalescens optimo utatur regimine, & hoc venit intelligendum de malignis morbis, sed & aliquando quidam se pravis cibis ingurgitant, & incidunt in recidivam tamen priori dissimilem.

Recidiva igitur sumitur pro repetitione alicujus morbi, qui per aliquod tempus intermittens ęgrotum convalescentem invadit sive à causa externa, sive ab interna, sive ab utraque simul pendeat. Aliquando etiam sumitur pro exacerbatione morbi qui inclina revidebatur, sed non est vera recidiva, quæ imperfectam crisin sequitur, sed quæ infidam, nam infida potest esse perfecta.

Recidiva igitur tres habet conditiones. Prima est

eſt, ut morbus principalis aliquis præceſſerit, & ceſſârit cum declinatione univerſali, quomodo excluduntur omnes affectus ægrotorum qui in augmento vel ſtatu ab Hipp. 3. Epidem. dicuntur apoſtrophas paſſi, ſine ullâ criſi apparente: item paroxyſmi intermittentium, quia non habent declinationem univerſalem, ſed particularem; item epilepſiæ invaſiones, & ſimilia. Secunda proprietas eſt, ut habeat denominationem ſpecificam morbi radicalis, unde excluduntur novi morbi, qui poſt alterius ceſſationem adveniunt, ſive per tranſmutationem, ſive tranſpoſitionem, ut quando ex continuâ febri fit intermittens, & contra, vel quando ex tertianâ fit quartana. Tertia conditio eſt, ut priùs, ut recidiva pendeat à reliquijs morbi præcedentis, ex qua excluduntur omnes alij morbi, qui ſuperveniunt convaleſcentibus ex pravo regimine rerum non naturalium, ut ex îra, mœrore, cibo, potu, &c. præcipuè ſi non poſſit incuſari materia, aut intemperies relicta à priori morbo.

Signa recidivæ ſunt, ventris tumor poſt morbum imperfectam excretionem denotat, à qua recidiva ſæpè, amaror & inſuavitas oris, item ſitis, & anorexia, poſt morbum, & imbecillitas, licet cibis euchymis utantur, item hypochondriorum murmur, contentio, tumor, & rugitus, item ardores & empyreumata, motûs difficultas, carentia pepaſmi in urinis, dejectionibus, & ſputis, & ſi die non critico ſolvatur morbus, pulſus crebrior, vultus diſcoloratus, aut turgidulus, tumor palpebrarum ſuperiorum, difficilis ſomnus, abſceſſus intro recurrentes, reſpi-

reſpiratio difficilis. In autumno maximè fiunt recidivæ. Quæritur utrum recidiva ſit deterior, an levior ſua radice? Reſpondetur, ſi coctio quæ fuerat in radice, coctioni perfectę valdè propinqua fuit, & evacuatio ſatis copioſa, & ſi in die impari adveniat, expectandum eſt, ut materia quæ recidivam parit, non poſſit magnum morbum excitare. Si verò coctio ſit tantùm exigua, & talis evacuatio ſubſequatur in radice, ob humoris relicti malignitatem, & copiam, & ægrotantis debilitatem, & calorem naturalem fractum à precedenti morbo. Si evacuatio fuit die pari, & per ſudorem ſolum recidiva eſt, tunc pejor ſua radice, at quocunque modo fiat, uſu opportuno præſidiorum ſæpè præripitur ejus occaſio. Hipp. 4 Aph 61. dicit, niſi febres diebus imparibus ceſſaverint, ſolent recidivam parere, tum etiam in Coacis, & prognoſt. paſſim. Item in lib. Hipp. de affect. textu 107. in morbis, cum alter alteri ſuccedit, occidit plerumque. Intelligendus eſt locus de recidiva, quæ eſt pejor ſua radice, & quando morbus morbo quocunque modo ſuccedit, non oppugnat è diametro cauſam prioris, ut febris cùm ſupervenit apoplexiæ & convulſioni. In Coacis dicitur, Quibus ſæpè recidiva contingit, ſi tempus ſemeſtre tranſierint, hoc modo in tabem coxendicis tandem incidunt. Ad id quod quæritur, utrum recidiva ſit idem morbus cum ſua radice, reſpondetur eſſe eundem ſpecie, quia eaſdem cauſas habent, ſe mutuò tangentes per eas, non eſſe eundem numero, neque eoſdem motus, aut univerſalia tempora ſortiri, ideoque diverſa computatio dierum inſti-

instituenda est in radice & recidiva v. g. si prior morbus, seu radix judicatus sit die 20. & sic acutus, & superveniat rursus, & non terminetur ante 40, prior morbus fuit acutus, & posterior morbus, si computatio instituatur à radicis principio, erit chronicus, & sic unus & idem morbus erit chronicus, & acutus secundum idem, quod est valdè absurdum. Valdè acutę febres non sunt recidivis sępe obnoxię, quum in ijs perfecta crisis ob acutiem & celeritatem motûs eas solvat, nisi sit sine coctione ac judicio perfecto, quod est sine ratione solvi.

Graviſſimi morbi habent recidivas lethales, vel propter causæ altiſſimam radicationem, ut in hydrope recurrente ex viscerum marasmo, & recidivę in purulentis valde lethales sunt, vel quando vires à priori morbo, exhausto humido primigenio, attritę sunt, etiam deterior recidiva, quæ velociùs ingruit cæteris partibus; minùs mala est, quæ ab errore in victu, aut ab alia procatarctica causa fit.

SEC-

SECTIO XLVI.

De Tranſmutatione Morborum, & ſuperuenientibus morbis prognoſis.

QUadruplex eſt omnis morbi eventus. Morborum alij interimunt, alij in perfectam ſanitatem deſinunt; alij neque interimunt, neque ad perfectam ſanitatem terminantur, alij denique in alium morbum nunc deteriorem, nunc leviorem mutantur.

Omnis mutatio morbi fit, vel per metaptoſin, vel per epigeneſin. Metaptoſis fit, priori ceſſante morbo duobus modis, nempe per diadochen & metaſtaſin. Diadoche fit à pravis ad benigna ſemper; qui morbi per diadochen alijs ſuperveniunt, vel e diametro cauſæ prioris morbi ſunt contrarij, vel ſi non contrarij, materia prioris morbi eſt tranſpoſita ad alia loca, nempe à parte nobiliori ad ignobiliorem, ab interna ad externam, à parte quæ continet derivatione vaſorum, ad eam quæ continetur, & longè à morbi foco. Concauſæ in tranſlatione humorum ad talia loca, ſunt meatuum amplitudo, materiæ tenuitas excludentis robur, & ſuſcipientis infirmitas: tales autem morbi ſunt, febris convulſioni, tetano, ebrietati, catocho, ſtupori, paralyſi, apoplexiæ, epilepſię ſuperveniens eos

ſolvit

solvit humores coquendo, expellendo, & transferendo, eò quod febris contraria causę istorum morborum, sic paralysis apoplexię superveniens eam solvit. Hydrops, ecstasis, dysenteria, fluxus hæmorrhoidum, maniæ supervenientes eam solvunt. Dysenteria, aut fluxus alvi commodè superveniens hydropi, vel melancholiæ, ea solvunt. Ictерus criticè superveniens febri eam solvit: sic intermittens febris solvit continuam, hęmorrhagia solvit, & febres primarias, & ex inflammatione viscerum. Bubones, & exanthemata criticè erumpentia solvunt febres pestilentes. Hęmorrhagia dolorem capitis solvit; ptyalismus liberalis solvit lethargum, & febres aliquando: à phrenitide spuriâ solvitur lethargus; à nephritide podagra, & paralysi solvitur epilepsia, à cephalalgiâ adveniente solvitur vertigo, & similia multa in particulari morborum prognosi invenienda.

Metastasis, est mutatio morbi in morbum per transflationem materię totius morbificę, à parte ignobiliore ad nobiliorem, ab exteriori ad interiorem, & à parte quæ continetur (vasorum diductione, non autem situ) ad eam quæ continet, fitque per palindromen. Palindrome autem est, aut refluxus, aut recidivæ. Recidiva, ut prius, cum morbi causa superstes remanet in aliquâ parte, vel cum perennis est ejus generatio, ut in hydrope cum detumescit venter arte vel natura, continuò iterum tumet ob labem viscerum. Refluxus propriè palindrome dicitur cujus causa est retractio aut orgasmus. Retractio fit ab empyreumate superstite,

orgasmi

orgasmi causa est excluse materiæ feritas, caliditas temperiei, & corruptionis, & substantiæ tenuitas, & acrimonia. Metastasis fit semper à bonis ad prava, sive vertatur in morbum ejusdem speciei, ut cum radix in recidivam, sive in morbum alterius speciei. Tales autem sunt, cum peripneumonia fit ex angina per translationem materiæ a faucibus ad pulmones, sic angina interna fit ex externa, quando materia introrsùm vertitur. Peripneumonia fit ex pleuritide, sic diaria febris mutatur in putridam translatione putredinis a spiritibus ad humores, vel in hecticam, ubi ad solidas partes fertur: calor tertiana simplex & intermittens in quartanam, vel tertianam continuam, & quartana intermittens in continuam. Sic cessante febri per infidam coctionem, relicta labe aut humoris portiuncula, recidivat eadem febris. Item ex lethargo fit convulsio, aut nervorum distensio, peripneumonia ex vehementi tussi ex cephalalgia fit vertigo, &c. In tenui salutis spe contentio valida naturæ per diadosin mortis periculum aufert, ita per metastasin frequenter inopinatò tota spes curationis præciditur: sic in angina cum strangulatus, dolores cruciantes, & orthopnœa mortem in procinctu arguunt: Si erysipelas in cervice & sterno exortum per diodosin dolorem tollit, & respirationem faciliorem reddit, eadem spes rursus in desperationem vertitur: Si erysipelas per metastasin introrsùm reversum peripneumoniam faciat, aut anginæ internæ recidivam.

Epigenesis est, cùm priori morbo non cessante, alter morbus adjungitur, & vel causam morbi adauget

adauget, vel symptomata priora intendit, vel nova accersit; omnis epigenesis suo jure mala, sed longè pessima quando fit propagatio ad nobilissimas partes, quæ habent in universum corpus imperium. Tales morbi sunt, cùm hydrops supervenit quartanę, aut febri acutę, nec febrim solvit, nec sitim tollit, sed eam intendit, & etiam breve spirium, & novos dolores accendit: sic convulsio febri superveniens eam auget, & intendit symptomata. Sic 2. Aph. 26. Febrem convulsioni supervenire melius est, quam febri convulsionem. Quando per epegenesin fiunt morbi fit propagatio materię alteri parti per sympathiam, ut cùm materia pleuritidis superstite eâ propagatur ad pulmones & cerebrum, unde fit peripneumonia & phrenitis. Ex destillatione serinâ à capite ad pulmones, translatâ materiâ, fit phthisis: superstite materia in capite seu fonte, & etiam cum melancholiæ supervenit epilepsia superstite ipsa, & cùm surditas, vomitus ęruginosi, vigilię, delirium, lethargus, obmutescentia, singultus superveniunt dolori capitis. Cùm vertigini supervenit mania, epilepsia, aut apoplexia cùm lethargo, supervenit tremor, & frigidus sudor circa caput, &c.

SEC

SECTIO XLVII.

De Certitudine Signorum prognosticorum investigandâ.

Licet in precedentibus fusè satis de signorum & symptomatum valore, pro ratione instituti nostri, dictum sit; quia tamen eorum tanta est confusio apud omnes auctores, imò primo aspectu apud ipsum Hippocratem, ut Delio natatore opus sit ad perfectam distinctionem inveniendam, ut prognosis certa ex lege artis instituatur. Nam Hippocrates quędam signa bona, meliora, optima maxima vi ad salutem pollere asserit, quędam mala, pejora, exitialia, lethalia valdè lethalia; atque, ut videtur, indifferenter hisce vocabulis utitur: nam mala pro exitialibus, & pessima pro malis, &c. in diversis locis pronunciavit. Ut igitur tecmeria à semeijs accuratiùs distinguantur, quædam addere visum est: quod ut melius ac commodius fiat, repetenda sunt quædam de signis in genere, quorum quędam sunt pathognomonica, quæ morbum in esse talis constituunt, alia mox apparentia post constitutum morbum, quæ sunt coctionis & cruditatis, critica salutis & mortis. Signa salutis & mortis petuntur, vel ab intensione & remissione pathognomonicorum, vel ex mox apparentibus signis, & à

ſupervenientibus, quæ & epiginomena dicuntur. Morbus omnis aut ſalutaris, qui diſtinctè percurrit ſua quatuor tempora, aut lethalis, cùm moritur æger in principio, ſtatu, aut augmento, aut dubius inter utrumque ambigit, ubi cruditas ejus tempora producit, & ſymptomata prava inducit, tamen ſi vires ſunt ferendo, evadunt; aliter non. In ſalutaribus. quia natura ſuperior, ſenſim ſe produnt ſigna coctionis ſine gravioribus ſymptomatis, uſque ad declinationem; & tum quia natura vult excernere aut plurimùm, ea quæ coxit & maturavit, ſuperveniunt ſigna critica, quæ cum præcedentibus coctionis, ſunt ſalutis ſigna. In morbo autem lethali ſenſim oriuntur ſigna cruditatis, & cùm ab his natura victa ſuccumbit, oriuntur ſenſim prava ſymptomata, quæ duo conſtituunt ſigna mortis. Signa igitur pathognomonica ſunt omnia iſta quæ conſtituunt morbum in eſſe talis. Epiphænomena ſunt ea, quæ ſuperveniunt ratione naturæ vincentis aut victæ; ſigna autem quæ ſuperveniunt ratione augmenti & ſtatûs, non ſunt morbi epiginomena, ſed ſunt pathognomonica tantùm intenſiora, ut v. g. in Cauſone, calor & ſitis intenſior, gradibus tantùm variant reſpectu morbi temporum. Sic epiginomena ut delirium in febri, jactigatio, aliſmus implacidus convulſio, ſingultus, & ſimilia, non ſunt epiphænomena, ſed aſſidentia, quia modò adſunt, modò abſunt; & epiphænomena ſemper neceſſariò adſunt. Tota res manifeſtior erit exemplo, v.g. in Cauſone ſigna pathognomonica ſunt calor & ſitis intenſa, ſi coctio appareat in urinis & dejectionibus, &

grada

gradatim acquiratur, & si nubecula bona in urinæ appareat quarto die, quæ nonprius aderat, hæc sunt supervenientia coctionis signa, aliter cruditatis. Si dolor capitis, jactigatio delirium, convulsio, rigor, horror, tremor, hebetudo visûs, lacrymę sponta neę, aphonia, &c. superveniant; & se associent primis diebus sine ullis notis coctionis, & in diebus intercalaribus, & etiam in ipso judicatorio, ubi nulla sequitur evacuatio, & post eum diem diu durent, & multiplicentur, sunt epiginomena mortis: aliter autem, si in vel prope statum, adveniant, & morbus sit judicatus, & fugacia sint ad crisin, & si cum morbo & causâ ejus symbolizent sunt critica & salutis signa (nam si non symbolizent ista symptomata cum morbi specie, licet in die critico adveniant, cedunt potius in ęgri perniciem, ut v.g. si in Synochâ judicatâ per stillam sanguinis in quarto die, non subsequatur in diebus criticis hęmorragia, sed diarrhœa atri aut adusti humoris, est à morbo alienum, & ab alio principio, & nihil de causâ morbi tollit, & à naturâ irritata est, ęgrum novis malis cumulans) sic licet eadem symptomata possint esse critica & epiginomena, tamen non eodem tempore, & ab ijsdem causis proveniunt. Nam epiginomena à transcursu symptomatico rebellis & incoctis, ut plurimum, humoris, qui non potest à naturâ regi diebus infaustis, ubi natura debet feriari, ad cerebrum, cor, pulmones, hepar, ventriculum, intestina, & artus, ubi horrenda congeries symptomatum ingruit, & naturam consternit: aliter autem quando sunt critica, proveniunt à naturâ

rectrice per loca convenientia humores, ad mediocritatem graduali & æquali coctione redacti, & a natura vincente protrusi per supra dicta viscera, & partes, producunt talia symptomata potius a multitudine, quam prava qualitate aliqua, quę, facta evacuatione morbo & humori conveniente, protinus desinunt, licet primo aspectu inexpertis timenda videantur. Igitur coctiones seriò in omni morbo sunt attendendę, si materiales sunt, & in excrementis pręcipuè elucent; non tamen eadem excrementa in omnibus morbis inspicienda. Sed qui in ventriculo & intestinis sunt, in ijs vomitus & alvi excrementa, qui in vasis sunt in ijs urina inspicienda est, qui in thorace & pulmonibus, per ea quę extussiuntur judicantur, qui in vesica & renibus, ea quę cum urinis descendunt, monstrant qui in jecoris ima & mesenterio excrementa quę descendunt ad imum: in cerebri morbis inspicienda est coctio, in ijs quę per palatum, aures, oculos, & nares excernuntur, &c. ut in sudoribus universalibus & particularibus. Signa ista quę cum coctione fida adsunt in omni morbo, dicuntur epiphęnomena secundaria, quia non solum isti particulari competunt. Signa igitur epiphęnomena, seu mox apparentia, non sunt omnia ejusdem ordinis; nam alia primaria sunt, alia secundaria. Primaria sunt, quæ talis morbi gentilitia, & impressionem ejus magnam, vel parvam denotant, sive bona sive mala sint, ut pus bonum rejectum, vel bile inquinatum in pleuriticis, empyicis, vel peripneumonicis, anacatharsis facilis vel difficilis. Epiphænomena secundaria, sunt signa alijs

morbis

morbis communia, ut in pleuritide & peripneumoniâ euphoria, doloris carentia, eupnœa, corpus æqualiter calidum, ſomnus bonus, urinæ, excrementorum alvi, & ſudoris bonitas, vel contra. Si ſigna epiphænomena primaria ſint mala in quovis morbo, unum ex ijs, præcipuè in morbo ex ſuâ naturâ malo, præponderat multis ſecundarijs & communibus, ut in exemplo modò allato hæc diſtinctio epiphænomenon omnibus morbis competit; ideoq; diligenter notanda ſunt, ut error in prognoſi vitetur. V. g, in febribus certiora ſigna epiphænomena in urinis elucent, quàm in dejectionibus, ſputis, & cæteris, in morbis inteſtinorum diarrhœâ, cœliacâ, & dyſenteriâ certiora, & primaria epiphænomena ex dejectionibus reſultant, & ſic de cæteris.

At ſequentia errores intolerabiles, & confuſionem maximam pariunt in prognoſi, niſi ſolerti indagine cauſæ eorum, & circumſtantiæ penitiùs inveſtigentur. Nam primò, unum & idem ſignum in diverſis morbis poteſt eſſe bonum, malum, indifferens, & peſſimum. V. g. livor & nigredo extremorum in malignis febribus, progreſſo morbo incoctili, livor à ſyncope, & in febri ſyncopali, hemitritæi paroxyſmo, in tertianæ nothæ, & quartanæ paroxyſmi initio, in aſthmate & tuſſi vehementi à frigore, timore, & quando cum ſignis coctionis materia ad locum aliquem propulſa eſt criticè. Item ſuppreſſio urinæ in febri, inſtante criſi, in febribus malignis, progreſſo morbo, ſine evacuatione aliâ in hydrope & lithiaſi. Item larga profuſio urinæ in criſi, poſt ſuppreſſionem longam, vel

parvam sine febri, & in diabete.

Secundò, idem signum diversis temporibus ejusdem morbi est bonum, malum, indifferens, & pessimum: ut tremor in principio morbi indifferens est, si in statu veniat cum signis coctionis, salutis prodromus; si morbo progresso, constantibus viribus adveniat, indifferens est; & in paralysin, aut abscessus dolorosos circa articulos desinit: tandem progresso morbo, collapsis viribus, ubi nulla spes crisεos, vel abscessûs absolutè, lethale signum. Idem fere de nigrâ urinâ, & dejectionibus nigris dicendum est.

Tertiò, unum & idem signum, eodem tempore ejusdem morbi est pessimum, mediocre, & optimum, ut stilla sanguinis è naribus quarto die apparens in febribus cum malis signis pessima est, cum mediocribus incerti judicij, & longitudinem denotat. Cum optimis signis crisin die septimo futuram nunciat per hæmorrhagiam, & hinc est quod dicitur, quando signum aliquod exquisitum non fuerit, vel ut optimum, vel pessimum affectum denotet, conjuncta alia signa sunt perpendenda, & quotiescunque aliquod signum reperitur ex Hippocrate, ex quo nullum certum præsagium sumi potest, nisi alijs jungatur, non est de potentioribus quod destillâ sanguinis. Idem ferè de singultu dicendum est.

Quartò, quod est pathognomonicum in una febri, est signum superveniens, aut assidens in alia, ut virium insignis debilitas in principio, est malignæ febris pathognomonicum, & est alijs febribus tantùm

super

superveniens. Sic horrores frequentes & inordinati pathognomonicum malignæ & horrificæ febris, & superveniens in alijs, & cætera similia, ut difficultas respirationis in pleuritide, asthmate, & peripneumonia, & cùm apparet in febribus criticè, vel assidet symptomaticè. Atque id non solùm in diversis morbis, sed & in eodem morbo; nam pathognomonicum signum, si intensum, non solum denotat essentiam morbi, sed & magnitudinem, & sic est assidens, & quia non est de numero assidentium, quæ simul cum morbo adoriuntur, sed postea advenit, superveniens dici potest. Sic unum signum pathognomonicum, assidens, & superveniens erit, & sic diversa significat.

In tam difficili labyrintho, à quibusdam, ut certitudo signorum inveniatur, distinguuntur ea in tres ordines; & dicunt primò, alia esse absolutè lethalia, vel simpliciter salutaria. Lethalia absolute sunt singultus, convulsio, sudor frigidus circa caput, thoracem, & scapulas. Absolute salutaria, facile ferre morbum, eupnœa, bene ad oblata se habere, dolore vacare, facile screare, corpus æqualiter molle & calidum esse, non valde sitire, excreta laudabilia habere. Secundo, alia dicunt esse cum additione lethalia, aut salutaria, & hæc non semper necessariò, sed, ut plurimum, adferunt quod portendunt. Mala signa secundi ordinis sunt delirium, aphonia, difficilis respiratio, anxietas, sive alisinus implacidus, dolor inflammatorius, dysphoria, &c. Bona secundi ordinis cum aliqua ex primis bonis, licet non omnia, adsint, & non in tali bonitatis gradu. Tertiò,

dicunt alia esse signa bona vel mala respectu prædictorum, vel cum illis comparata, ut urina cruda in febri rigor, suppressio urinæ, caligo oculorum, lacrymæ involuntariæ, dejectiones malæ, &c. quæ in diversis morbi temporibus, & cum alijs signis salutaribus, mediocribus, aut lethalibus juncta diversa significant, sed cum singultus potest esse pessimus, mediocris, bonus, imò optimus, non solum in uno morbo, sed in uno tempore istius, prout est juncta alijs signis pessimis, mediocribus, aut bonis convulsio non semper lethalis, ut erumpentibus variolis, & cæteris fit. Sic de sudore frigido dicendum, nam simpliciter non semper mortem, sed aliquando longitudinem denotat, & cum delirium, aphonia, & difficilis respiratio ijs in malitia sæpissime non cedant, & sic de cæteris ejusmodi dicendum. Hæc distinctio, licet artificiosa videatur, difficultatem minime tollit, sed lectorem ijsdem laqueis erroris irretitum detinet.

Alij, ut signorum certudinem inveniant, distinguunt ea in tres gradus secundùm ea vocabula, quibus utitur Hippocrates in ijs denominandis: quæ prava, aut mala sunt, magis & minus prava sunt, & ideò vocat exitialia, magis exitialia, & admodũ exitialia. Et rursus in bonis dicit salutare, aut salubre simpliciter, aut magnam obtinens vim, & admodum salubre, aut admodum magnã vim obtinere ad salutẽ significandam. Quæ vocabula tres constituunt gradus signorum, positivum, comparativum, & superlativum: idque vel in uno solo signo (ut v. g. in sudore positivi gradus sunt, quos inutiles appellat Hippo-

Hippocrates, comparativi, quos simpliciter bonos appellat, quique morbum leviorem reddunt, superlativi sunt ij, qui optimi dicuntur; qui die decretorio adveniunt, & morbum ex toto solvunt, & sic in malis sudoribus) vel in diversis signis, si instituatur comparatio, comparativus positivum, & superlativus comparativum superat. Ut v. g. facies Hippocratica pessimum signum, & mente constare, & benè se ad oblata habere, est in positivo tantùm, & bonum signum, si verò æger talem habeat faciem, & benè se habeat ad oblata, & mente constet, plus ponderis habet pravum signum quàm bonum: nam pravum in superlativo est, & bonum in primo, aut ad summum in secundo bonitatis gradu. Sic contra, urina perfectè concocta, est optimum signum, nudos habere pedes est malum signum tantùm; ideò urinæ bonitas in superlativo superat pravitatem nudatorum pedum in primo malitiæ gradu. Et ut major certitudo inveniatur, non solùm tres gradus signorum considerandi sunt, sed & latitudo in ijsdem gradibus; quò optimo magis appropinquant signa, eò securiora, & quò pessimo magis, eò deteriora: ut sudor non integrè morbum solvens, si maximâ tamen parte solvit, ad optimum propinquat; si parum, longiùs distat à bono; si autem nihil facit, nec optimus, nec bonus, aut mediocris, sed inutilis, si non solum sit inutilis, sed noceat, adhuc pejor. Si colliquativus, glutinosus, & frigidus, pessimus est. Et sic de alijs. Licet non facilè negarem in signis dari gradus, & gradus istos comparatione institutâ in diversis gradibus unius signi, vel in diversis

diversis gradibus diversorum signorum, unum gradum esse præstantiorem alio, & certiorem in significando mortem, vel salutem, & dari etiam latitudinem quandam in omnibus gradibus; sed quòd certitudo ista gradualis mensuretur per prædicta vocabula bonitatis & malitiæ, ex Hippocratis scriptis, pace tantorum virorum, nequaquam evinci potest. Nam cum Hippocrates utitur his vocabulis indifferenter, & ea quæ appellat tantum simpliciter mala, non cedunt in malitię gradu ijs quæ exitialia, magis exitialia, & admodum appellat, nulla certitudo ex istis appellationibus hauriri potest. V. g. 4. Aphor. 3. dicit lacrymas involuntarias tantum malum esse. Et 2. Prognost. 6. dicit, nigricantes digiti & pedes, exitiales; sed magis liventes, sed lacrymę involuntarię, cum à debilitate summâ retentricis, & à colliquatione humidi radicalis in cerebro proveniunt, est tam exitiale signum, quàm livor extremorum, si non magis quadam specie livoris, nimirum dum fit transitus ad nigredinem à naturali colore primò livent extrema. Sic in Aphor. Sect. 7. ait: Convulsiones propter ardores vehementes (id est à siccitate) malum. Et 3. Prorrhet. Sect. 2. Textu 30. dicit: Ignorantia cum rigore mala, mala quoque oblivio. Et in Aphorismis dicit, stillam sanguinis quarto die pessimum. Sed procul omni dubio, convulsio à siccitate, & rigor cum oblivione, & ignorantia sunt magis exitialia signa, quàm stilla sanguinis in quarto die, quia non est de potentioribus: nam ut significet bonum vel malum, oportet ut alijs signis jungatur, ut prius dictum.

Et

Et si dicetur, quòd stilla sanguinis, cum dicitur pessimum, investitur lethalibus signis, tamen si hoc daretur. æqualem tantum sortiretur malitiam cum præcedentibus, convulsione scilicet & rigore cum oblivione, & non appellaret pessimum, & ista mala tantum, sed utrumque pessimum: si ei mens fuisset gradualem malitiam, aut bonitatem signorum per vocabula ista exprimere. Et multa ejusmodi exempla invenies in Aphorismis, Prognosticis, Coacis, & Prorrheticis, quæ brevitati studens lectori istorum librorum remitto. Præterea in exemplis allatis, ubi comparatio instituitur inter signa diversa secundum gradus, nescio an facies Hippocratica sit semper pessimum signum, nempe cum à causis procatarcticis, & cum sic; dico, mente constare, & ad oblata benè se habere præstantius signum salutis, quàm ista facies est mortis, & si facies ista Hippocratica, sumatur pro eâ quæ fit in principio morbi colliquantis, sine evidenti causâ, nescio, num talis facies, & benè se habere ad oblata, sit possibilis complicatio in eodem subjecto. Sic in isto exemplo, urina perfectè concocta, est optimum signum, nudos habere pedes est malum tantum, vix possum induci ut credam, nam denudare pedes, ubi non calent, pessimum signum est, & cum urinâ concoctâ multi in morbis malignis moriuntur.

Alij pro certitudine signorum investigandâ, dicunt signa salutis & mortis, majorem sortiri vim in significando mortem quàm salutem, signa autem coctionis & cruditatis majorem habere vim in significando salutem quàm mortem, & hoc dicitur de

de signis salutis & mortis, quia una aliqua ex facultatibus debilissima, potest citò adferre mortem, sed vitam non possunt certo significare, nisi omnes simul valeant. Ita multo magis malum est, unam debilissimam esse, quàm unam esse constantem significat bonum: ut v. g. in pedes semper delabi, pessimum signum, cubare in latus, bonum; sed non saluberrimum, neque tutum, nisi concurrant alia. In signis autem coctionis aliter; nam materiâ universaliter coctâ nullus vi morbi moritur, & tamen materia cruda, & inconcocta non necessario moritur homo; nam tempore potest coqui, vel vi naturæ extra pelli. Atque hæc distinctio, si signa salutis & mortis omnia percurras, non universaliter tenet, v. g. respiratio prava in pleuritide, non est potentius signum mortis, quàm anacatharsis facilis est salutis, quia respiratio prava non tam periculum morbi, quam morbum ipsum ostendit. Sic respiratio prava, instante crisi, non est tam potens signum mortis, quam benè se ad oblata habere, & mente constare sunt salutis; & signa salutis & mortis possunt habere æqualem certitudinem, ut mente constare bonum, delirare malum, si delirium sit à solis vaporibus. Aliquando signa salutis præponderant signis mortis, ut siti vacare in febri biliosa, magis bonum signum, quam sitire est malum. Etiam signa coctionis non sunt semper potentiora in significando salutem, quam cruditatis ad significandam mortem, nam in febribus malignis, viscerum inflammationibus, & parotidibus, in coctione nulla est fida securitas ad salutem significandam, & quando fit ex impro-

improviso, nullo præcedente ipsius rudimento, & quando fit immerito, persistente adhuc humoris fe- ritate, & quando fit paulisper nunc apparens, nunc evanescens, & quando excretio prompta, non se- quitur præcipuè in morbis pectoris, ubi naturalis facultas valida in coquendo, animalis debilis in ex- pellendo, si remaneat vomica, si unâ coctâ affe- ctione, remaneat alia cruda, &c.

Multitudo signorum non efficit eorum certitudi- nem, quà talis, ut videre est in morbis ex suâ specie magnis & lethalibus, ut in apoplexiâ, epilepsiâ, convulsione, syncope & hysthericis, quia licet, cùm fortia sunt, ut plurimùm, mortem adferant, tamen non semper, licet in ijs omnia ferè prava sympto- mata omnium facultatum conspirent in ægri perni- ciem; atque etiam in morbis acutis, præcipuè velo- citer motis, instante crisi, congeries symptomatum pravorum larvis induta conspicitur inexpertis maximè tremenda, at ferè semper cum bonis ægri cedibus, nisi aliquid delictum fuerit. Neque præstan- tia partis affectæ per se producit certa signa mortis, ut vulnus cerebri, cordis, tenuium intestinorum, hepatis, & stomachi, nam ista sæpè sanantur, ut le- gitur apud innumeros auctores fide dignos.

Neque malignitas, aut venenositas humoris dat certa signa, ut in bubone cum febri pestilenti, can- cro, gangræna cernitur: neque benignitas, ut san- guinis abundantia inhabitu athletico sæpè lethalia producit symptomata, ut suffocationem, &c.

Neque certitudo signorum pendeat à sola facul- tatis læsæ dignitate. Quod ut planum fiat, tenenda

est

eſt hæc diſtinctio facultatum in homine, facultates ſunt principes, animales, vitales, & naturales, principes ſunt ſenſus communis, phantaſia, cogitativa, & memoria. Animalium facultatum aliæ ſunt ſenſuum internorum, ut quatuor ſupra dicti, & externorum qui ſunt quinque. Aliæ ſunt motrices facultates, facultates autem motrices, aliæ ſunt liberæ, quæ motus edunt liberè cum objecti apprehenſione, ut liberè ſe convertere, oculos aperire, claudere, ſurgere, ambulare, ſedere, ſtare, & ſimilia. Aliæ ſunt mixtæ, partim voluntariæ, partim naturales; ut reſpiratio, deglutitio, excretio. Aliæ puræ naturales, ut cordis & arteriarum motus, pylori apertio & conſtrictio, periſtalticus viſcerum & inteſtinorum motus. Naturalis motûs facultates aliæ ſunt propriæ cujuſque partis, aliæ ad commune totius beneficium. Propriæ ſunt attractrix, retentrix, alteratrix, & expultrix. Quæ ad totius commodum referuntur, ſunt vis pulſifica in corde & arterijs, vis ſomnifera in cerebro, deglutitiva in œſophago, appetitiva cibi, & potûs in ventriculi orificio, chyli faciendi, & trahendi in ſtomacho & inteſtinis, urinam trahendi & pellendi in renibus, ureteribus & veſica, trahendi & ejaculandi ſpermatis in genitalibus, & ſimilia. Primò igitur, in univerſum ea facultates ſunt præſtantiores, quæ ad commune beneficium totius corporis ordinantur, quam quæ ad beneficium unius tantùm partis, atque inter eas maxima eſt facultatis vitalis in corde dignitas, quia vitalis robuſta, & vegeta alias jacentes erigere poteſt, & ſolet, non autem contra ab alijs erigitur.

Secundò

Secundò, facultatis animalis in cerebro sequitur dignitas ob respirationem & motum. Tertiò, facultatis naturalis in visceribus chylosi & hęmatosi subservientibus, ob coctionis necessitatem. At si una insigniter lædatur, statim reliquæ in consensum trahuntur, & sic ferè ęqualem sortiuntur certitudinem: & prętera, multi sunt morbi, quorum auxilium consistit potiùs in robore unius partis & facultatis, quam alterius; sic in uno morbo una, in alio alia majorem certitudinem adipiscitur; ut v. g. morbi qui ortum & progressum habent, absque fermentatione in venis, & extra eas, per robur facultatum principum præcipuè judicantur, quarum materia intra vasa putrescit, per pulsus & urinas; quarum materia in stomacho & intestinis, per vomitus & dejectiones; quarum materia in pectore & pulmonibus, ex sputis & respiratione dignoscuntur, *&c.*

Igitur planum est, quòd de nullius facultatis læsione simpliciter dici potest, in omnibus morbis ad vitę conservationem, esse magis necessaria quam alia, nam datur læsio facultatis animalis, quæ tam mala est, imò sępe pejor aliqua lęsione facultatis vitalis nempe respiratio lęsa, unde præsens suffocatio, licet reliquæ facultatis animalis lęsiones, cedant vitijs facultatis vitalis in dignitate, pręcipuè si facultas vitalis sit primo à morbo obsessa & lęsa, & non per sympathiam tantum, ut syncope adveniens, affecto ore ventriculi, in hysterica passione, à venę sectione, in epilepsia, vertigine, *&c.* raro est mortalis. Sic cum facultas naturalis primario afficitur,

&

& reliquę duę per conſenſum tantum, læſio facultatis naturalis eſt dignior reliquis, præcipuè in morbis, ubi coctio requiritur & expulſio, niſi morbus novus per epigeneſin ſuperveniat priori, unam, vel ambas iſtas facultates, non per ſympathiam, ſed primario obſidens, & ſymptomata prava producens, & in talibus concurrunt læſiones omnium facultatum in ægri perniciem, & ſic de animali primò affecta dicendum. Multi moriuntur a læſione facultatis animalis, intactis reliquis, ut in apoplexia & epilepſia fortibus, & a læſione facultatis vitalis, ut in ſyncope: ſed nullus moritur a læſione facultatis naturalis, niſi affectis prioribus, ut conſideranti liquido patebit. Nam ſummum cibi faſtidium non jugulat oppido & per ſe, ſed quia depauperantur ſpiritus vitalis & animalis, ob penuriam alimenti; neque cruditas in morbo, ubi requiritur cor coctio, mortem per ſe, ſed longitudinem denotat, niſi debilitentur & afficiantur aliæ facultates ab excurſu effræni, & ſymptomatico humorum incoctilium & turgentium. Læſio igitur facultatis naturalis primaria dicitur dignior reliquis per ſympathiam tantum affectis, quia ſympathica affectio levis eſt, & ut plurimum, momentanea, & ſublata primaria ex ſe diſparet, at a facultate naturali primario affecta non ſolum ſubtrahitur pabulum, ſi diu duraverit læſio, unde debilitantur reliquæ facultates, ſed & ſubminiſtrantur humores incoctiles & pravi, unde per epigeneſin oriuntur novi morbi afficientes facultates vitalem & animalem primario, & ſublata læſione primaria facultatis naturalis, non tolluntur ſtatim

statim, ut fere in omnibus morbis humoralibus videre est ob vitium concoctricis & alteratricis, relinquitur prava qualitas subterfugiens digestionem; quæ induit rationem causæ morbificæ, & licet istud vitium concoctricis emendetur, tamen morbus inde ortus non desinit suam tragœdiam perficere, donec a naturâ aut artis adminiculo expellatur humor, aut mitior factus in gratiam rediêrit, vel rebellis, & indomitus mortem attulerit.

Nec pravitas signorum in morbo certam prognosin semper constituit: nam, ut inquit Hippocrates, quidam morbi aliquando cum pravis signis mitescunt, & cum salutaribus non cedunt, quos contumaces vocat.

Nulla est certitudo signorum in mutationibus repente factis ab extremo ad extremum, licet primâ fronte aliter videatur, nisi fiat per gradus natura duce: nam æquè periclitatur, qui repente factus est coloratior, ac qui repente facie Hippocraticâ fœdatur; aut si antea longo tempore vigil, nunc soporetur, & contra, & nunc sitis expers, præsenti causâ, qui priùs sitiebat, & contra; & qui ab effræni delirio garrulus, qui repente silet, & quiescit, & qui ab adurente febri repente febricitare desijt: item cùm à crebrâ respiratione subita fit mutatio ad raram, & cum vehemens dolor, & suffocans angina deliteſcunt, & cętera ejusmodi.

Nec coctioni, ut priùs dictum, semper fidendum in urinis & dejectionibus, in febribus ab inflammatione viscerum malignis, & in parotidibus, cum urinæ mediocri pepasmo nulla est fida securitas, si non

suppurentur, & evacuatio aliqua non contemnenda subsequatur, & plurima ejusmodi.

Motus etiam morbi, paribus aut imparibus diebus, certitudinem signorum salutis, aut mortis minimè confirmat: nam licet, ut plurimum, laudabiles crises fiant diebus imparibus, diebus tamen paribus laudabiles etiam crises sunt, ut sexto die virgo Lariſſæa benè judicata, & morbi mitissimi quarto die benè judicantur. Galenus hoc vidit semel, Archigenes bis, & Hippocrates semel in Pericle, & quotidiana experientia confirmat crises non semper esse lethales in diebus paribus.

Tempus morbi per se, in quo se produnt symptomata, certitudinem nullam firmam præbent in prognosi, nam signa critica possunt advenire ipso die judicatorio, & si critico die exacto perdurent, mutant naturam suam, & critica esse desinunt: aliquando etiam videntur crises perfectissimæ à violento naturę conatu, sine ullo pepasmo, vel signis etiam criticis, ut 1. Epidem. Sect. 3. Ægrot. 7. in Meteoni historiâ, qui cum urina nigra & stilla sanguinis judicatus est sine recidiva in sexto die, &c. & cum nulla signa coctionis adessent, quis poterat signa critica expectare?

Quum igitur unum signum variet in diversis morbis diversis temporibus, imò & eodem tempore ejusdem morbi, & quum unum signum in eodem & diversis morbis possit esse pathognomonicum, assidens, & superveniens, & sic diversa significare, & quum nihil certi in prognosi oriatur ex distinctione signorum in tres ordines, nec in tres gradus, neque

à latitudine in ijſdem gradibus, & quum ſigna ſalutis & mortis, non magis certò ſignificent mortem, quam ſalutem, neque ſigna coctionis magis certò ſalutem, quam mortem, neque ulla ſit certitudo in vocabulis, quibus uſus eſt Hippocrates in deſignanda malitia, aut bonitate ſignorum, neque multitudo ſignorum, nec benignitas aut malignitas, & venenoſitas humoris morbifici, nec ſola facultatis læſæ dignitas, nec mutationes ſubito factæ ab uno extremo ad aliud, nec motus morbi paribus aut impariſbus diebus, nec tempus morbi, quo ſigna pullulare cœperint, ullam fidam ſecuritatem polliceantur in prognoſi, & ſic de morbi graſſantis natura, conſtantia & inconſtantia temporum, & ſimilibus ſit dicendum; reſtat igitur ut certitudinem ſignorum aliunde petamus, aliter ars prognoſtica vana, inutilis, & fallax cenſenda eſſet, quo quid abſurdius dici nequit: Nam plurima ſunt hujus artis certa principia, innumeris exemplis ab Hippocrate, & alijs ſtabilita, multorum ſeculorum experientijs confirmata, quæ hactenus inconcuſſa ſteterunt, licet aliquando in medicina etiam monſtra, ut in formatione, appareant, tamen rara non ſunt artis.

In tam denſis tenebris, ut veritas inveniatur notandum eſt ſigna dupliciter ab Hippocrate & Galeno accipi. Primo latè, ut omnia accidentia & ſymptomata comprehendant, & ſic ſigna ſunt mutabilia ſemeia & amphidoxa, non tecmeria; nam poſſunt mutari de bono in malum, & contra, ut in omnibus mutationibus prædictis conſtat. Secundo, ſi ſtrictè ſumatur ſignum, nunquam naturam ſuam

mutat, licet nunc magis, nunc minus bonum ſignificet. Ut vero tecmerium inveniatur ſalutis aut mortis, quod ſemper tale maneat in omnibus morbis, & omnibus morbi temporibus, ubicunque reperiatur; ſigna ſunt omnibus ſuis circumſtantijs inveſtienda, & proprijs diorismis accipienda; iſtæ autem circumſtantiæ ſemper dependent ab una cauſa proxima, licet multæ poſſint eſſe cauſæ remotæ: poſitis circumſtantijs denotatur cauſa, & poſita cauſa ſemper ponitur effectum, nempe tale certum ſignum. Ut v. g. facies Hippocratica ſimpliciter ſumpta non eſt tecmerium mortis, nam à cauſis evidentibus & procatarcticis, puta ab inedia, vigilijs, mœrore, evacuationibus nimijs, & ſimilibus, raro mortem præſagit, ſed cum a morbi colliquantis malignitate provenit, ſemper eſt mortis tecmerium. Circumſtantiæ ſunt, ſi in principio morbi fiat, nec cauſæ pro catarcticæ incuſari queant, & pulſus ſit valdè imbecillis, & halitus calidiſſimi ex toto corpore fluant, cum urina bile ſaturata, & pinguedine innatante cum fluxu ventris colliquativo, & lingua ſicca ac ſcabra: nam certitudo ejus non dependet ſolum a magnitudine læſionis unius facultatis, ſed quia plures facultates ad vitam ſummè neceſſarias, obſeſſas oſtendit. Nam iſta facies indicat febrilem calorem colliquantem, humorum tenuitatem, retentricis imbecillitatem, expultricis irritationem, meatuum laxitatem, & ſpirituum, & ſanguinis inopiam, & cum ulcus, quod antea fluebat, in morbo areſcit, & liveſcit, denotat altricem & alteratricem facultates emori, calorem nativum extingui, & ſangui-

sanguinem exhaustum esse.

Et cùm æger modicam lucem haud ferre potest, significat facultatem visoriam esse admodum debilem, cerebri partem esse resolutam, & vi febris substantiam oculorum tabescere, & visorios spiritus deficere ob inopiam spirituum animalium. Sic lacrymæ involuntariæ, quando ab exhaustu, quæ causa eas tecmerium mortis constituit, denotant retentricem esse resolutam, molliores partes cerebri colliquescere vi morbi, & canthos oculorum, musculos, caruncolas, & substantiam ipsius oculi tabescere. Sic album oculorum sub apparere in somno, si fiat à siccitate humidi radicalis, aut spirituum inopiâ certum mortis indicium, & denotat facultatis motricis magnam imbecillitatem, & musculos palpebrarum convulsos aut resolutos, & cerebrum nervorum principium, ariditate consumptum, & sic de cæteris malis signis judicandum. Contra verò in bonis signis, si causa sit fixa & constans, non mobilis, & instabilis, & propria talis signi, certum signum salutis exhibet, & tantò melius, quò plures diatheses bonæ ex eo argui possunt. Ut v. g. si in dormiente motus tonicus naturalis corporis fiat decenter, flexis leviter manibus, collo, & cruribus, denotat imaginatricem facultatem valere, cerebrum suavibus vaporibus irrigari, affluere copiam spirituum animalium, cerebrum robustum esse, sustentatricem facultatem validam esse, & doloris & delirij expertem esse ægrum. Sic libera respiratio in morbis, præcipuè pectoris, significat thoracem, cor, pulmones, præcordia, neque partes adjunctas,

inflammatione, abscessu, aut dolore affici; & sic de alijs salutaribus dicendum.

Tecmeria igitur mortis & salutis ex omnibus fontibus signorum repetenda, & si comparatio instituatur, non sunt confundenda tecmeria & semeia, nam in comparatione signorum, pathognomonica cum pathognomonicis, communia cum communibus, symptomata cum symptomatis, & tecmeria, seu certa cum certis, secundum bonitatis & malitiæ gradus, quibus pollent in significando, comparanda sunt. Nam si signa, quæ videntur maximè prava, absolutè sumantur, & sine suis circumstantijs, & non à propriâ causâ fuerint, sed ab alienâ & procatarcticâ evidenti, inconstanti, & mobili, nunquam tecmeria fiunt, neque fida prognosis inde sequetur, & quò quis perspicacior in ijs assignandis fuerit, tantò certiora sua signa efficiet, & consequenter prognosin eruet certiorem. Inductione quorundam exemplorum res clarior evadet. V. g. nigredo extremorum à nigro humore illuc criticè propulso, non præbet tecmerium mortis, cum fiat ad salutem sæpissimè, sed cùm fit à calore extincto & spiritibus transfugis: & sic firma erit sententia Hippocratis 2. Prog. 6. Nigricantes digiti & pedes, exitiales, sed magis liventes.

Sic caligo oculorum, non ob copiam vaporum & humorum irruentium in eos, sed cùm à depauperatione spirituum animalium summâ. Sententia igitur 4. Aphor. certa & firma manebit, si ægèr non videat, audiat infirmo jam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors.

Facies Hippocratica, non cùm à causâ procatarctică, ut ſæpiùs dictum, ſed cum à colliquatione & defectu humidi & ſpirituum, & ſic firma erit ſententia Textu 9. & 10. 1. Prognoſt. de facie Hippocraticâ dicta, naſus acutus, oculi concavi, collapſa tempora, &c.

Lacrymæ involuntariæ, non cum criticè, & à mœrore fluunt, ſed cùm a debilitate ſummâ retentricis, & colliquatione humidarum partium cerebri. Et ſic accipienda eſt ſententia 4. Aphor. 3. Quibuſcunque in morbis oculi illacrymantur voluntariè, bonum; citra voluntatem, malum.

Convulſio, non quæ fit a multitudine, materiæ acrimoniâ, frigore, medicamentis, quæ pueris cum, aut ſine febri, niſi admodum violenta, accidit: neque præcedens criſin, neque quæ primo die, aut in principio febris contigit, neque quæ in paralyſi fit, aut hyſtericis: ſed quæ univerſalis in adultis, a ſiccitate aut inanitione. Et ſic firmatur Aphoriſmus ſect. 7. Propter ardores vehementes convulſio, aut tetanus, malum.

Tremor, non qui a multitudine materiæ, fame, vigiliis, venere, timore, frigore, &c. ſed qui ab infirmitate ſumma facultatis rectricis. Et ſic firma erit ſententia 6. Aphor. 26. Manus tremulę in febribus, exitialia. Et in Coacis Aphor. 38.

Rigor, non qui præcedit ſudorem, aut inſultu intermittentium, ſed cum a debilitate, & inopia caloris non recaleſcunt ęgri, ſed torpidi & oblivioſi fiunt. Et ſic firmatur ſententia 4. Aphor. 46. Si rigor inciderit, febri non deſinente in ęgro debiliore, lethale.

Torpor omnis in febri præbet mortis tœmerium, ut in Coacis. Rigores multi torporem inferentes, maligni.

Aphonia, non quæ fit a rigore, & solvitur tremore, aut quæ fit instante crisi, sed quæ a collapsis omninò viribus & spiritibus exhaustis. Et sic firma est sententia 3. Prorrhet. 4. Quæ cum exolutione aut veterno fiunt aphoniæ, pessimę sunt.

Intermissio pulsûs, non quæ a veteri obstructione in senibus, aut imbecillis fit, aut asthmate, sed quæ fit in juvenibus robustis, & extra duarum pulsationum tempus durat. Et sic firma stat sententia Galeni 2. Præsag. de pulsibus, cap. 1. Pulsus intermittens in pueris & senibus fit sine periculo, non in juvenibus.

Sitis carentia, urgente febri, non quæ fit a distillatione humoris, tussi, aut delirio, sed quæ a dejectione facultatis appetentis. Et sic firma est sententia 1. Prorrhet. Sect. 2. Textu 22. Sitis, quæ non ex ratione solvitur in morbis acutis, est mala.

Alba urina in febribus acutis, non ubi bilis derivatur ad intestina, cum oritur alvi fluxus, neque quæ fit in morbis pituitosis, neque cum a cruditate, nisi in valdè acutis, nec cum præcedit abscessum ad partes inferiores, cum alijs bonis signis, nec cum alba, & crassa, nam hæc liberat ab abscessu, neque cum eam excipit hęmorrhagia larga in juvenibus, sed cum rapitur bilis ad caput, & cum apparet in pueris, etsi præcessit rubra vel nigra, & colliquationem denotat. Sic firmatur sententia 4. Aphor. 72. Urinę albę in delirantibus, pessimę.

Urina

Urina nigra, non quæ fit propter expurgationem in declinatione febrium, præcipuè quartanæ, & quæ etiam craſſæ ſunt cum ſignis criſimis, aut quæ fit in ſolutione melancholiæ hypochondriacæ, à grumo ſanguinis in vijs urinarijs, aut à plagâ inflictâ, neque quæ, procedente morbo, nigredinem exuit gradualiter: ſed cùm ab adurente calore, & quam præceſſit rubra, viridis, aut æruginoſa, & malè olet, vel cùm ab exhauſtu, & præceſſit viridis aut livida, neque olet. Et ſic firmatur ſententia 2. Prog. Cap. 7. Textu 23. Funeſtiſſimæ ſunt urinarum fœtidæ, aquoſæ, nigræ, craſſæ.

Urina turbida, non quæ ſine febri, aut in febri, quæ pura mingitur, & pòſt turbatur, neque quæ turbida mingitur, & pòſt clareſcit, neque quæ turbida mingitur, & ſic manet cum virium robore, neque quæ affatim fluit in die critico, ſed quæ cum virium debilitate, & in principio fuit talis & ſemper manet, & pauca eſt in valdè acutis cum phrenitide, lethargo. aut convulſionibus. Unde vera eſt ſententia 4 Aphor. 7. Quibus urina craſſa & turbida inſtar jumentorum, ijs dolor capitis adeſt vel aderit, dolor ſumitur pro labore & morbo peſſimo. Item 4. Aph. 72.

Dura excrementa alvi, ſi proveniant à ſiccitate, aut ſtypticâ facultate alimentorum, vel ex naturali conſtitutione, exercitio vehementi, ex urinæ crebrâ, & largâ profuſione, continuo & largo ſudore, inteſtinorum obſtructione, aut propter longam in ijs moram, & cùm alvus pigreſcit à lento humore, aut propter defectum bilis, ut in ictericiâ, aut vitio

podicis

podicis, aut à flante aquilone, sed cùm instar caprarum sunt brevi tempore, ab igneo calore viscerum, vel ob excretricis summam debilitatem non expelluntur. Et sic sententia 2. Aph. 6. & in Prorrheticis firmatur. Si intercepta alvus, parva, nigra, & inspiras convoluta demiserit, & per nares eruptio fiat, malum.

Mollis dejectio, non quæ constans est, & non valdè diffluens, neque cùm multùm, liberè, & rarò excernitur, & quæ die critico supervenit, & quæ supervenit etiam in principio, modò postea crassescat, item quæ non est nimia, neque frequens, vel quæ, licet liquida, non fit vitio ventriculi, aut alvi Sed ea dejectio liquida, quæ fit à summâ debilitate retentricis, alteratricis, & expultricis, nam multas pravas diatheses infert in febri. Sic firmatur ista sententia 2. Prognost. 14. Dejectio liquida multùm ex usu est, si non strideat; nec crebrò aut paulatim excernatur, frequens insomniam facit, & si universim & sæpe, animi defectum adfert.

Nigra dejectio, non quæ fit talis à nigro sanguine, sic facta ob moram in intestinis, neque quæ talis a melancholiâ, neque quæ vi medicamenti educitur, vel quæ criticè evacuatur in declinatione morbi, in sienosis & quartanarijs, nec ubi atra bilis non sincera est, sed mista cum alijs humoribus. Sed dejectio ista nigra quocunque tempore exeat, si fermentet terram, & instar aceti rodat, splendeat, & acidum fœteat. Unde verissima est ista sententia 4. Aph. 22. Quibuslibet morbis incipientibus, atram bilem sursum, vel deorsum ferri, lethale. Et 2.

Prognost.

rognoſt. 15. Horum autem ſunt magis lethalia, ni-
ra, livida, pingua, &c.

Dejectio ſpumoſa, non ea quæ ex defluxione a
apite, vel a copiâ flatuum, & crudi ſucci in ventri-
ulo & hepate ad ventrem tendentium; ſed ea quæ
valdè acutâ febri ſit a calore æſtuante, vel ab acri
piritu fermentante humores, ſinceros, non in prin-
ipio morbi, ſed circa finem, ubi æſtuatio & fermen-
atio quieſcere debent. Sic ſententia confirmatur
. Prorrhet. Sect. 2. Textu 15. Dejectiones in ſpu-
noſas ſinceraſque deſinentes exacerbant.

Sudor paucus, non qui in febri lenta, & etiam in
cuta cum alia critica evacuatione, ſed qui in febri
cuta, fit ſola ſive ex toto corpore, ſive ex parte
liqua, præcipuè circa nobile viſcus, puta caput,
ulmones, cor, &c. & qui frequens eſt globoſus,
el miliaris, cum tenſione hypochondriorum, & qui
on levat, ſed vires exolvit, & qui violenter expri-
nitur, materiam glutinoſam incoctilem, naturæ im-
otentiam, meatûs anguſtiam, atrophiam, aut re-
rigerationem calidi innati, vel calorem aduren-
em pinguedinem, vel humidum radicale liquan-
em denotat. Unde vera eſt ſententia in Coacis,
Aphor. 32 Qui in febri acuta tenuiter & cerebrò
ſudant, cum hypochondrij tenſione, ij maligno mor-
bo laborant.

Sudor frigidus, non is, qui a ciborum materia,
pluvioſa aëris conſtitutione, a multitudine humo-
rum, neque qui ab ichore frigidi humoris in ephe-
mera & quartana, & in febri mitiori, aut in acu-
tiore, cum alijs bonis ſignis; ſed qui abſolutè talis

eſt

est ad sensum ęgri & tangentis, si die infausto fa
sine notis coctionis, sive a toto, sive a parte fi
pręcipuè a capite cum alijs signis funestis. Na
fiunt sic vel a multitudine rebellis humoris, vel d
fectu calidi innati, & debilitate retentricis sum
Et sic confirmatur sententia 4. Aphor. 37. Frigi
sudores cum acuta febri mortem, cum mitiori a
tem, morbi longitudinem.

Sudor multus, non is, qui cum bonis signis d
critico advenit, & etiam licet in alio ex eventu mo
bum solvat, sed is, qui fit ab exolutione, facult
retentrice extincta, aut liquato humido radicali
qui febrem nec minuit nec solvit, & quando humo
febrilis debet aliterexpelli, & qui semper fluit, pr
cipuè cum alvi fluore, qui non fit die critico, u
nulla coctio in alijs evacuationibus, qui multi sun
cum horrore & frigore extremorum, extremo, cu
capitis dolore, siti inexhausta, inquietudine, vig
lijs, delirio, syncope, facie flammante, hypochon
driorum calore & dolore, & cum pulsu pravo &
vermiculante, cum torpore & impotentia, & ma
nuum livore. Sic confirmatur sententia 7. Aph.
Quibus cutis laxa, mollis, & rara cum sudore, inte
reunt, &c.

Sudor calidus, non qui copiosus, cum signis co
ctionis morbum solvit, sed qui calidus exhalet, li
quato nectare vivifico, & glutinis instar, non fa
cilè abstergitur cum torpore, & pulsu pravo. Si
verificatur sententia 1. Prorrhet. Sect. Textu 3
Sudor multus, licet calidus in acutis si non leva
malus est.

Sanguini

Sanguinis ſtilla è naribus, non ea in quarto, quæ hemorragiam ſeptimo futuram denotat. Sed ubi ſanguis craſſus, meracus, niger, & morbus ruber planè cum alijs malis ſignis. Et ſic verificatur Aphoriſmus. Stilla ſanguinis e naribus die quarto, peſſimum.

Dolor capitis, non qui cum rubedine faciei, & colorum in ſtatu eſt, nec cum comate in ſtatu, ſed qui in principio apparet, & eſt vehemens cum prædictis ſignis; nam prior phrenitidem, poſterior apoplexiam, epilepſiam, aut lethargum denotat, & etiam in fine, ubi nulla coctio ſperabilis. Sic confirmatur ſententia 1. Epidem. Sect. 2. Textu 16 Dolores circa caput & cervicem, delirium & convulſiones, ſed & viridia vomunt, & quidam horum celeriter moriuntur.

Frigus extremorum, non ſi rurſus calefiant, vel cum brevi viciſſitudine caloris & frigoris, ſed cùm frigent permanenter, & quando totum, vel partes aures frigent, & quando extinctio caloris fit ab oppreſſione, non periodicus in principio acceſſionis, niſi valde debilis ſit æger, neque criticus; ſed ubi non ſolùm pedes, ſed & aures, naſus, & manus frigent, neque cum calor retrahitur à parvâ inflammatione, ſed à magnâ, neque quæ fit poſt evacuationes, niſi valdè enormes extinguant calorem, & quæ fit cum debili & parvo pulſu, & frigido ſpiritu, & partium labore, & qui brevi viciſſitudine frigent, & recaleſcunt viceverſâ, ex vapore, à parte inflammatâ. Et ſic ſententia 4. Aph. 68. confirmatur. In febribus non intermittentibus, ſi partes externæ

algeant

algeant, internæ urantur & ſitiant, lethale eſt.

Animi deliquium, non quod rarò accidit, & le eſt à causâ non fixâ & inſtabili, neque quod à mo in balneo, aut loco calido, à fame, inedia, aut labo re, neque quod in hyſtericis, aut ſcorbuticis fit, ne que quod à copioſis evacuationibus, aut ab anim perturbationibus ordinariè; ſed illud quod eſt for te, frequens, ſine cauſa manifeſta, & cum facilè i illud incidunt. Et ſic ſententia confirmatur 2. Aph 41. Qui fortiter & frequenter ſine cauſa manifeſt animo linquuntur, ij derepente moriuntur.

Si vox ablata, non ea, qua ſola loquela defici vel exilis tantùm eſt, neque ea, quæ cum ſudor longitudinem morbi denotat, conſtantibus adhu viribus, nec quæ extra morbum acutum fit à cr ditatibus, neque quæ ab ebrietate, modò ſuperve niat febris, neque quæ à ſyncope levi, aut ab uter ſuffocatione, nec à cerebri levi concuſſione, ſed e quæ fit cum vocis totali privatione, cum ſingultu i morbo acuto, cum delirio, convulſione, ſtupore catoche, dolore immenſo, præcipuè capitis tremo re, & ſphacelo cerebri: nam iſta actio, cùm ab ele ctione pendeat ejus privatio, ſignificat animale facultatem collapſam, & vitalem calorem extin ctum. Sic verificantur ſententiæ 1. Prorrhet. 1. Tex tu 23. Aphonię cum ſingultu, peſſimę. Et Text 24. Aphonię quæ ab exolutione fiunt, peſſimę. E 1. Prorrhet. 3. Textu 4. Vocis interceptiones cu exolutione & catoche pernicioſę, &c. Et ſic faci erit cuivis omnia ſigna percurrere, ut inveniat cau ſam propriam & ſtabilem, à qua conſtituuntu

tecm

tecmeria ex sectionibus precedentibus. Pravitas igitur alicujus signi, ut certum indicium mortis præbeat, consistit in firmitate causę, præstantia partis læsę, magnitudine lęsionis, & multitudine & præstantia facultatum obsessarum, unde multę pravę diatheses, & circumstantię pessimę oriuntur illud concomitantes, quæ noxam facultatum, sine quibus vita sustentari nequit, insignem demonstrant.

SECTIO XLVIII.

De Distinctione Morborum in tres ordines.

QUum cuivis obvium sit medicinam facienti, quosdam morbos à natura, sine ullo artis auxilio, abigi; quosdam etiam esse quotidiana monstret experientia, qui nullis auxilijs, etiamsi ad amussim secundum artis regulas exhibitis cedunt, alios verò, qui aliquando, & in quibusdam individuis curantur arte, in alijs verò non; hinc oritur ista distinctio morborum in tres ordines. Primus est morborum levium, quos natura sola domat, si sic permaneant, & non transmutentur in alios. Secundus est eorum, qui nec natura, nec artis auxilio domantur. Tertius est eorum, qui natura sua exitiales sunt, vel fiunt tales, tamen arte domari possint in quibusdam, in alijs non, sed lethales fiunt, vel

a Deo, maleficio, fato physico, Medico ipso, Pha-
macopœo, ęgro adstantibus, vel exterioribus.

Primò, morbi leves sunt dyscrasię parvę, febres
diarię, febres mites, quæ tertio die aut citius termi-
nantur, item intermittentes benignę, & alij leves
affectus, ut pruritus, verrucę, phylactenię, furun-
culi, dolor capitis ab insolatu, alvi fluor a frigore
& multa similia.

Secundò, sunt morbi ex sua specie insanabiles
nec Medicus prudens eorum curationem aggredi
debet, sed solis prognosticis religandi sunt, si pra-
cisè tales sunt, ut cœcitas nativa a carentia facultatis
visivę, sermonis privatio in muto, surditas conge-
nita, monstrosus defectus partis alicujus, ut gibbo-
sitas, macrocephalus, microcephalus, epilepsia he-
reditaria, fatuitas congenita, elephantiasis nativa,
diathesis calculosa, nativa & hęreditaria, arthriti-
talis, obstructio intestinorum, nativa febris, qua
affligit toto vitæ tempore, vel singulis annis stato
die, marasmus retorridus, hectica senectutis con-
firmata, febris pestilens validior, morbi venenati,
apoplexia fortis, effossus oculus totaliter, cordis,
cerebri & stomachi vulnera, magna & profunda
præcisio magnæ arteriæ aut venæ, tenue intesti-
num valdè vulneratum, & jecur circa magna vasa
nervus præcisus, vulnus magnum septi, spinalis me-
dullæ, aut totius membranæ vesicæ, canities pra-
matura, suppressio mensium ab uteri cicatrice, ca-
culi in capite geniti, sterilitas a vitio conformationis
ut a distortione orificij uteri impotentia ad ven-
rem, aut a testium magna læsione, aut mala per-
confo-

onformatione, aut ab actuali frigore partium ge-
italium, fiſtula quæ penetrat ad cavitatem thora-
s, nervos magnos, & inteſtina, uvea oculi exiens,
t album totum, glaucoma, cancer confirmatus &
ceratus, ſcirrhus confirmatus, phthiſis proprie di-
a, convulſio a ſiccitate; deglutitio acuum aut re-
m acutarum, calculus veſicæ magnus, & cætera
milia.

Tertiò, ſunt morbi qui ſua natura exitiales ſunt,
l fiunt tales; tamen aliquando arte domabiles,
iquando non, propter accidens aliquod, ex præ-
ctis ſymptomata lethalia ſuperveniunt morbis
iter ſanabilibus, & complicationes maxime letha-
s producunt, efficiendo ut morbus protrahatur,
aſperetur, in deterius vertatur, & jugulet, ut
oplexia, cum reſpiratio non valde læditur, & ſi
bris ſuperveniat, vel fluxus copioſus pituitæ per
, idoneis remedijs curatur, ſed cum levis degene-
t in fortem, non curatur. Paralyſis, cum tremor
pervenit, febris valida, aut diarrhœa, ſi recens,
pars affecta caleat, curabilis; ſed cùm degene-
t in apoplexiam, incurabilis. Peripneumonia, ſi
nta circa initia prodeant & ſubflava ſint, ſangui-
s fluxus e naribus, aut alia evacuatio commode
cta, aut quivis abſceſſus, & ſi in pleuritidem tranſ-
utetur, curabilis; at ſi ex angina, aut pleuritide
iatur, incurabilis. Lethargus, cum pus per aures
nares fluit, vel ſi materia ejus decumbat ad par-
m aliquam ignobilem, & ſomnus non valde pro-
ndus, curabilis; ſed cùm ei ſupervenit tremor, aut
dor frigidus circa caput, aut cum ſupervenit febri

ardenti, non curatur. Pleuritis, si febris, respiran
difficultas, & dolor non, valde molestant, sputum,
citò appareat subflavum & facile, alvi fluor m
diocris cum coctionis notis, vomitus in initio est f
cile curabilis, at si hæc omnia aliter, & peripne
monia, aut phrenitis superveniant, lethalis est. Ve
tigo, si ei hæmorrhagia, aut vomitus superveniat
& si non durat insultus ab humoribus calidis a cau
levi vel externa, & ubi externa tantum circumg
rantur, curabilis est; sed si ei superveniant mani
epilepsia, aut apoplexia, non curatur. Capitis d
lor, cùm causa mobilis non fixa, & si pus, aq
aut sanguis per nares, aures, aut os effluunt, cura
tur; sed si ei surditas, vomitus æruginosi, vigiliæ
superabiles, delirium, lethargus, obmutescenti
aut singultus superveniant, incurabilis. Epilepsi
si facilè spirant, recordantur, & brevis paroxy
mus, quando tertiana longa, aut quartana supe
veniunt, & quando abscessus in capite, aut in a
loco superveniunt, curabilis; sed cùm superveniun
melancholia, seminis, fœcum, & lotij involuntar
emissio in paroxysmo, fatuitas, paralysis, aut ap
plexia, incurabilis. Vulnera capitis, si os non
decoloratum, labra tument, & pus bonũ, curabili
si verò superveniat convulsio, & tumor eveniens s
tim evanescat, & vulnus siccum & lividum sit, inc
rabilia. Commotio cerebri, quando ęgri ad se r
deunt, & loqui & movere incipiunt, curabilis; f
cum superveniunt stupor, sopor, delirium, cæcita
inflammatio, paralysis, convulsio, apoplexia, ga
græna, aut sphacelus, incurabilis. Hydrocephalus

eſpiran ſi aqua extra cranium maneat, curabilis; ſed cum
putum, intra cranium, & ſuperveniant lethargus, aut apo-
luor m plexia, incurabilis. Incubus, ſi rariùs contingat, &
tio eſt fa cauſis externis, facilè curatur, ſi verò ei ſuperve-
eripne niat epilepſia, non item. Hydrophobia, ſi vulnus
eſt. Ve multum ſanguinem emiſerit, ſudor multus ſuper-
rvenian veniat, & mictus niger, curabilis; ſed ſi incipiant
is a cau ingere, mordere, & aquam timere, incurabilis.
rcumg Cardialgia, ſi non valdè fixus dolor à flatibus vel
t mani vermibus, cedit remedijs, at ſi ei ſuperveniant ex-
pitis d remorum frigus, ſudor frigidus circa præcordia,
s, aqu lethargus, aut hydrops, incurabilis. Bulimia, ſi le-
nt, cura is, & exhibito vino, aut cibo ceſſet, cedit reme-
igiliæ i dijs; at ſi ei frequens animi deliquium, ingens col-
eſcenti quatio, & conſumptio, cachexia, hydrops, lien-
pilepſi eria, ſtupor aut paralyſis ſuperveniant, lethalis.
aroxy Pica, ſi acida tantùm appetant, & abſtineant à
a ſuper valdè abſurdis, facilè curatur; ſed ſi ei ſuperve-
: in al niant icterus, aut maraſmus, incurabilis. Sitis in-
venian enſa, ſi ſit in morbo ſiccisſimo & calidisſimo, & à
luntar cauſis externis, vel vitio oris & faucium, facilè ce-
ut ap dit; ſed ſi ei ſudor frigidus in febri, & extra eam
non e hydrops, maraſmus, aut diabetes ſuperveniant,
rabili incurabilis. Vomitus, ſi non immodicus; & ſin-
ens ſt eri humoris, ſi criticus ſit, & adveniat poſt lon-
it, inc gum alvi profluvium, & ſi non malè oleat, curabi-
d ſe r is; ſed ſi ſingultus moleſtus, rubor oculorum ſudor
ilis; a frigidus, convulſio, & alvus valdè fuſa, incurabilis.
æcita Singultus, ſi à cauſis externis acribus aſſumptis, &
a, ga in fine febrium cum notis coctionis, à pituitâ mu-
halu cosâ in orificio ventriculi, vel ſi præcedat vomitum

criticum, curabilis; sed si ei adveniant delirium, aut nervorum distentio cum evacuatione enormi, incurabilis. Colica, si dolores intermittantur, vagi sint & leviores, nec valdè diuturni, & si alvus facilè solvatur, curabilis; sed si ei superveniant vomitus implacabilis, vigiliæ, singultus, sudor frigidus, extremorum frigus, & syncope, incurabilis. Lumbrici, si pauci sint, & absit febris, & alia prava symptomata, & si in declinatione morbi exeant, facilè cedunt remedijs; sed si ijs bulimia, febris continua, intensa convulsio, fortis syncope, aphonia, delirium, & epilepsia superveniant, incurabiles. Ileos, si naturâ vel arte venter fluat, si dolor non valdè magnus & fixus, & cùm ab intestino delapso fit, & cùm copiosa urina fluit, sæpè curatur; sed si ei superveniant vomitus fęcum, singultus, convulsio, desipientia, stranguria & surditas, incurabilis. Dysenteria, si solum à bile, aut acribus assumptis, quæ lienosis & podragricis supervenit, & si sine febri valde acutâ in robustis, & quæ fit in crisi morborum, & cum mucus intestinorum, & non ipsa substantia abraditur, & crassa intestina tantum affecta sunt, curabilis; at si tenuia intestina affecta, atra bilis sursum vel deorsum feratur, & carunculæ exeant, incurabilis. Diarrhœa, si sit critica, in acutis vel longis morbis, ut in hydrope, lienosis, ophthalmicis, surdis, &c. quando vomitus, vel ructus acidus ei superveniunt, facile curatur; at si singultus, animi deliquium, refrigeratio cum sudore superveniant, incurabilis. Lienteria, si aphthosas tantum dispositiones sequatur, & si chylus

chylus tantum, non alimenta inconcocta exeant, sit recens, neque dysenteriam, aut alias longas affectiones sequatur, curabilis est; at si prostratio appetitûs valida, rubor faciei, exulceratio oris, spiandi difficultas, aut tabes superveniant, incurabilis. Tenesmus, nisi transeat in alios malignos affectus, facile curatur; at si dysenteria maligna, chora, iliaca passio, & singultus superveniant, incurabilis. Hæmorrhoides rite fluentes multos morbos arcent, viz. pleuritidem, peripneumoniam, furunculos, tubercula, lepram, melancholiam, maniam, apoplexiam, nephritidem, phrenitidem, &c. at si ijs suppressis, adveniant vertigo, melancholia, epilepsia, apoplexia, aut ijs nimium fluentibus, superveniant sudor frigidus, syncope, hydrops, aut marasmus, vix curabiles. Lues venerea, si partes tantum externas, parastatas, aut inguina occupet, & ulcera non sint valde profunda, facile cedit remedijs, at si ei confirmatæ supersint hydrops, asthma, tabes, paralysis, incurabilis. Fluxus hepaticus, si sit sine febri, & nulla magna labes hepatis præcesserit, curabilis; at si adsit febris, vel si sit diuturnus, & tussis, sputum cruentum, & fœtens, aut hydrops superveniant, incurabilis. Scorbutus, nisi sit hæreditarius, aut inveteratus, etiamsi gravia urgeant symptomata, ut animi lapsus deliquium, pulsus parvus, frequens, & inæqualis, febris, diarrhœa, atrophia, si maculæ illæ non sint, & si non dispareant sine allevatione symptomatum in robustis, idoneis cedit remedijs: si in debilitatis superveniat hæmorrhagia e nare

dextrâ, hydrops, lienteria, & tabes, incurabilis. Inflammatio hepatis, ubi virium adest robur, & cum natura statis periodis crises molitur in principio per hæmorrhagiam largam, & postea per vomitum, dejectiones, urinas, sudores, uterum, hæmorrhoïdes cum tolerantiâ, & aliquando si inflammatio parva & superficiaria sit facta, ubi pus album naturâ, aut arte egreditur, curabilis; at si supperveniant sanguinis stilla e nare sinistrâ, alvi fluxus paucus & laborioſus, rigores frequentes, diaphoreticus aut paucus sudor, nausea molesta, singultus, cardiogmos, parotides, & permanens delirium, incurabilis. Scirrhus hepatis, si totum hepar non sit obsessum, si non valde durus, si adsit aliquis doloris sensus, & si alvi fluxus superveniens non perseveret, curabilis sæpe; at si jam confirmato superveniant hydrops, ictterus, aut alvi fluxus perseverans, incurabilis. Ictterus, ubi hepar non est durum, neque inflammatum, ubi à solâ obstructione cystis fellis à levi causâ, & qui venit in febri die critico cum notis coctionis, si sequantur alvi evacuationes, & si valde colorati non sint, & colorata sint alvi excreta, & si febris non sequatur eum, si appetitus non valde læsus, & si hæmorrhoïdes superveniant, curabilis; sed si ei superveniant prostratio appetitûs, hydrops, vigiliæ, delyria, & difficilis sermocinatio, est incurabilis. Hydrops, si non sit inveteratus, & in sene, & si sit tantum anasarca, præcipue si hepar non sit durum, diarrhœa superveniat, constantibus viribus, & alvus sponte aut arte fluens per se sistatur, si non

succed

ccedat phthiſi, aut ulceri alicui interno, ſed tan-
m ſit a ſuppreſſione materiæ evacuari debitæ, aut
errore in diæta, curabilis; ſed cum hydropi ſu-
rveniunt difficultas reſpirationis, iſchuria, pal-
tatio inſignis, alvi fluor immodicus, ipſo perſi-
nte, ulcera in varijs locis, cacoëthea, epilepſia,
lirium, eſt incurabilis. Calculus renum, ſi pa-
ns juvenis ſit, non mali regiminis, nec morbus
hæreditarius, ſi urinæ in principio craſſeſcant, ſi
us laxa, facilè cedit remedijs; at ſi calculus ſit
agnus, & ſequantur hæmorrhagia enormis, ulcus,
giliæ, inflammatio magna, totalis urinæ ſuppreſ-
, frigus validum extremorum, ſudor frigidus,
gultus, incurabilis. Inflammatio lienis, ſi parva
ntùm ſit, & in die judicatorio fluat ſanguis ex
e ſiniſtrâ largiter, item ſi adſit urinæ aut alvi
fluvium cum levamine, & ſi factâ inflamma-
ne pus laudabile naturâ, aut artis auxilio egre-
atur, curabilis; at ſi ſuperveniant hydrops, dy-
nteria atrabiliaris, & ulcera maligna in gingivis
eruribus, incurabilis. Inflammatio renum, ſi
n ſit magna, ſi hæmorrhoïdes ſuperveniant, &
eâ factâ, pus laudabile cum urinâ exeat, curabi-
; at ſi ſuperveniant vomitus frequentes eruginoſi,
porracei, ſudor frigidus, & convulſio, incura-
is. Mictio ſanguinis, ſi rara ſit, & ſine febri ac
lore intenſo, non valdè copioſa, & ſi ſit perio-
ca, curabilis; ſed cùm ulcus in vijs urinarijs, iſchu-
ob grumos remorantes in veſicâ, lipothymia,
tabes conſequuntur, incurabilis. Ulcus renum,
it recens, & in juvene robuſto, & ſi miteſcat

adhibitis remedijs, ſpatio duorum aut trium men
ſium ſpes ſupereſt; at ſi gangręna, aut tabes dor
ſalis ſuperveniat, incurabilis. Diabetes recens, lice
adſit levior febris, & magna ſitis, item ea quæ fit
cauſa externa, curabilis; at ſi ſuperveniant febri
acuta hectica, fluxus hepaticus, & ſi intempeſtiv
cohibeatur, hydrops, aut inflammatio, incurabili
Urinæ incontinentia in pueris mutatione ætatis, &
ſæpè ſi à vulnere colli veſicæ, item a levi paraly
ſphincteris, curabilis; at ſi in febri ardenti, & cùm
paralyſis, epilepſia, convulſio, apoplexia ſuperve
niunt, incurabilis. Iſchuria, ſi non duret ad diem
quintum, & ſi urina ſupprimatur plena veſica, &
præcedat rigorem in febri, curabilis; at ſi teter ha
litus urinæ per os & nares, ileos, teneſmus, & ſin
gultus ſuperveniant, incurabilis. Stranguria in ju
venibus, & in evacuatione critica, & ab extern
cauſa, facilè curabilis; at ſi virium debilitas magn
dolor, inſomnia, & tabes vel maraſmus ſuperve
niant, incurabilis. Menſium fluxus immodicus,
ſit tantum a diapedeſi, & tempeſtivè ei occurratu
& ſi ab aſſumptis & externis, niſi valde violent
ſint, & in febri, niſi ſit valde enromis, curabilis; at
ei ſuperveniant lipothymia, ſyncope, ſudor frig
dus, hydrops, maraſmus, incurabilis. Suppreſſi
menſium, ſi a multitudine ſanguinis, pinguedin
gracilitate, inedia, laboribus, hæmorrhagia, au
alijs immoderatis evacuationibus, & ſi urina nigr
diu fluxerit, rarò non curabilis; at ſi a cicatrice ve
narum, cum ſuperveniunt lipothymia, melancho
lia, aut mania, rarò curabilis. Fluor albus, ni
immo

immodicus & inveteratus, & si non procedat a vitio viscerum radicato, curabilis; at si immodicus, inveteratus, & a vitio viscerum, & si convulsio ab inanitione, & si intempestive cohibeatur, hydrops aut paralysis superveniant, incurabilis. Hysterica passio, licet aspectu tremenda sit propter convulsiones, lipothymias, & abolitam ad tempus respirationem, & membrorum rigiditatem, tamen rarò interficit ægrotantes, prægnantes & puerperæ debiliores maxime in ea periclitantur. Furor uterinus, si breves sint proximi & rari, si commemoratio rei venereæ non valde perturbet, & corpus non multum extenuetur, curabilis; sed cum mania aut tabes superveniunt, incurabilis est. Inflammatio uteri, si sit parva, & in cervice tantum, & non in toto, & si alvus & urina fluant, & si, facta ea, pus laudabile exeat, curabilis; sed si magnæ inflammationi, delirium, singultus, gangræna, sudor diaphoreticus, aut frigidus cancer, hectica, hydrops supervenerint, incurabilis. Hydrops uteri, si non adsit mensium suppressio contumax, vel evacuatio valde enormis, curabilis; sed si evacuatio immoderata, aut hydrops totius a mala diathesi viscerum supervenerint, incurabilis. Procidentia uteri ex se non est mortalis, licet chronicus, præcipue cum ab elongatione, non a ruptione ligamentorum fit, neque extra vulvam procidit, & conglobatus manet, & non inversus; sed si illi gangræna & sphacelus supervenerint, incurabilis. Ulcus uteri, si superficiarium sit, & cervicem tantum occupet, si humores & viscera benigna, & valida, si mulier robusta,

&

& bene fluant menses, & pus laudabile, curabile; at si sinus, fistula, phagedæna, gangræna aut cancer supervenerint, incurabile. Mola, si fœtui non jungatur, & parva sit, & si primis mensibus supervenerit alvi fluxus, aut dysenteria, curabilis; at si hydrops, aut marasmus illi supervenerint, incurabilis. Abortus, si humidus sit uterus, & venter laxus, & si fiat quatuor primis mensibus, & mulier sit robusta, & si menses priùs non bene fluxerint, fit sine gravi periculo; at si ei hæmorrhagia enormis valdè, febris vehemens, syncope, convulsiones, deliria, supervenerint, rarò curabilis. Difficilis partus, si benè spiret mulier, & supervenìat sternutatio; & situs infantis non sit malus, & mulier non sit annosa & primipara, nec vitium conformationis adsit, id est, habeat lumbos angustiores, & clunes distortos, & nisi infirma sit à naturâ, aut à morbo prægresso, curabilis; at si ei hæmorrhagia enormis, inflammatio uteri magna, comatosi affectus, stupor, aut convulsio supervenerint cum præpostero infantis situ, incurabilis. Satyriasis, si tumor penis non valdè magnus, aut dolor, & non exasperetur, idoneis remedijs adhibitis, curabilis; sed si lipothymia, risus sardonius, delirium, gangræna, aut sphacelus supervenerint, incurabilis. Gonorrhœa recens si sit, utrum simplex, an virulenta, facilè curabilis; sed si caruncula magna virgę, impediens mictionem, gangræna, aut tabes supervenerint, incurabilis. Scirrhus uteri, si parvus & non exquisitus, in principio curabilis; sed si sit exquisitus, & hydrops aut cancer supervenerint, incurabilis. Retentio

secun-

secundinæ, si non diu in utero maneat, & si non adhæreſcat, aut putreſcat in utero, curabilis; ſed ſi febris valida, lipothymia, convulſio, inflammatio uteri ſupervenerint incurabilis. Retentio puerperialium in principio facilè curabilis; ſed cum febris intenſa cum ferino delirio advenerint, incurabilis. Arthritis, ſi non ſit hæreditaria, aut inveterata habitum contraxerit, & ſi varices ſupervenerint, curabilis ſæpe; at ſi diſtortiones membrorum, & tophi in articulis ſupervenerint, incurabilis. Tumores in genere, ſi non valde magni, & impliciti magnis vaſis, & magna adſit fluxio, neque in articulis, & ſi non ſcirrheſcant & corpus non ſit valde cacochymum, omnes curabiles; at ſi contrarium fiat, & cancer gangræna, aut lipothymia ſupervenerint, incurabiles. Vulnus, ſi non ſit valde magnum, nec partis nobilis nec vaſorum majorum, ubi non conglutinari poſſunt, nec ſuperveniant erysipelas cum oſſis denudatione, aut gangræna, &c. curabile. Sic ulcus, ſi parvum, ſi externum, aut internum, ſi non ſit profundum, nec inveteratum, & non in parte ad vitæ eſſe ſumme neceſſaria, neque adſit enormis fluxio, nec caries oſſis, nec gangrenoſum, nec cancroſum, &c. curabile. Herpetis omnes ſpecies recentes, curabiles; at ſi degeneraverit in cancrum, aut elephantiasin, incurabiles. Gangræna, niſi adsit magnus humorum affluxus. & in ſene, & ſi muſculi & nervi ſint integri, vel non valde læsi, curabilis; si verò ſerpat ad partes nobiles & internas, & ſuccedat ſphacelus, incurabilis. Atheroma, ſteatoma, & meliceris, si

elevata

elevata sint, ut tractari possint; si non immensa, & circa artic[illegible]los, vel implicita nervis, vel magnis vasis, curabilia; sed aliter, si cavitas magna, fistula, atrophia, aut marasmus supervenerint, incurabilia. Strumæ, si pueris acciderint, mutatione ætatis, & in puellis mensium fluxu curantur, si non sint vagæ, sed circa collum, &c. si tumor sit circumscriptus, rotundus, æqualis, cum duritie mediocri, & dolore non intenso in omni ætate curabiles; sed si multas partes occupent, &c. & cancrosæ fiant, & à remedijs exasperentur, incurabiles. Scabies, nisi sit inveterata, & in sene facilè curabilis, & sæpè ipsa ab alijs morbis præservat & liberat; sed si in lepram degeneraverit, incurabilis. Et sic de omnibus alijs morbis judicandum.

Isti omnes morbi, quando talia pullulant symptomata, præcise sunt incurabiles & mortales, propter accidens aliquod ex prædictis. Et primò, prædestinatio divina est in causâ, quando omnia quæ debebant, ritè adhibita sunt, & tamen perstat morbus & jugulat, qui in alijs, cæteris omnibus paribus, ijsdem medijs curatus est. Secundò, morbi qui magicis artibus inducuntur, naturalibus medijs non possunt profligari. Tertiò, fatum physicum, morbos aliter curabiles reddit inobedientes, & incurabiles, nam decrescit, & effœta tandem redditur ipsa natura, post ætatis vigorem, robur & efficacitas facultatum labascit, & diuturnis morbis correpti senes commoriuntur. Quartò, Medicus potest esse in causâ quòd non curetur morbus, vel quòd incurabilis reddatur. 1. Quia Medicus, licet erudi-

eruditissimus, in quibusdam casibus obscurioribus, impossibile est ut semper procedat per demonstrationes, sed aliquando per conjecturas & verisimilia, unde necesse est, ut quando cespitet, non solùm in præsagijs, sed in curationibus etiam, & cognitione. 2. Medicis quibusdam minùs prospere succedunt curationes, quàm alijs paribus; quod nec fortunæ, nec astris ascribendum, sed fiduciæ & persuasioni ægrotantium; vel quia, cùm quidam suo ingenio nimiùm fidunt, parum ad artem attenti sunt, & quidam sunt pusillamini, & ubi ad primum remediorum apparatum non obedivit morbus, diligentiam suam remittunt, vel quòd nolint practicis rebus se dedere, vel quòd hominum ingratitudo eos deterreat, vel cogitationes ægrotantium multitudine distrahantur, vel quod desperatos casus, ab alijs ad malum statum deductos, attingere vereantur. Alius ob rationes contrarias meliùs curat; varia etiam sunt dona Dei, hic ad docendum, ille ad practicandum aptior. Medicus etiam ex insciti̇â, temeritate, malitiâ, aut negligentiâ potest esse ægro causa mali, quæ nulla infirmitas humana est, ac propterea minimè excusandus, nam sic morbi, ut dictum, naturâ leves exasperantur, & incurabiles redduntur; nam medicamenta exhibent, nullo habito respectu ad speciem, ætatem, locum, tempus, morbi vires, temperiem, coctionem, aut cruditatem, ad vias quibus natura vergit, ad regionem, anni tempus, cœli statum, consuetudinem, causarum varietatem, & cætera ejusmodi. Præterea alij sunt, qui solis indicationis

& indicati notionibus inhærentes, materiam remedij negligenter præscribunt, nec appropriata & selecta eligunt, nec ex his optima. Alij denique solis famosis receptis medicamentorum fidunt, nullâ indicationum ratione habitâ, quod magis absurdum. Quintò, ignorantia & infidelitas Pharmacopœorum reddit morbos incurabiles, quia vel adhibent alia ex suo judicio, vel non omnia quæ Medicus præscribit vel mala, anilia, malè præparata, putrida, vel malè collecta. Sextò, ratione acutiei, pertinaciæ, & magnitudinis morbi, accessiones ei deplorandæ adveniunt, quæ eum incurabilem reddunt, & in lethalem abit. Septimò, æger etiam peccat, quia morosus, & de vilibus etiam stomachatur, & tetricus est, eiáque cuncta displiceant, & sic parum præsidijs Medicis juvatur. Prætermittuntur ideò multa, quæ tempestivè exhibita utilia forent, nec admittitur Medicus, antequam de salute conclamatum sit; vel propter falsam opinionem de medicinâ, vel propter avaritiam, & erga Medicos diffidentiam, vel propter moræ impatientiam, vel propter varietatem consiliorum, ab amicis & mulierculis exhibitam, vel propter ægrorum intemperantiam, vel qui ægrotant in sanitate in appetentes erant, & novâ accedente inappetentia, Medicus cibos qui morbo non conveniunt exhibere cogitur, & si appetentia omnino ablata sit, in periculum extremum incidunt; vel sunt delicatuli, nec possunt circa adhibenda, vel exhibenda aliquid pati; in ijs curandis misera est Medici calamitas, nam hinc fit ut non liceat seriò medicari, sed blan-

blandiendo, & à verę medicinę methodo aberrando, à remedijs debitis & purgatione abstinere cogatur, & lenientibus morbum & patienti blandiri ne nihil facere videatur. Octavò, assistentes graves solent committere errores, vel quia non percipiunt Medicorum mandata, vel quia se posse aliquid proprio marte præsumunt, & cùm Medicus tenuem victum prędscribit, plenum exhibent, medicamina propria etiam exhibentes, & si supervixerit ęger, sanitatem ijs acceptam gloriantur, sin perierit, Medico sępè imputare solent. Nonò, exteriora necessaria non rectè adhibita, quæ sunt sex res non naturales, vel fortuita, ut fulgura, terræ motus, ruina ædium, canum latratus, vicinorum strepitus, mali nuncij, repentinus adventus, & similia multa fortuita accidentia.

Sed quæstio hic gravis oritur, viz. num axiomata ista prognostica, quæ ab antiquis, Hippocrate, Galeno, & alijs excogitata, inconcussa nunc stent post tot secula, quorum singuli novis suis inventis medicinam locupletarunt, & remedia excogitârunt etiam desperatissimis morbis quamplurima propria, veteribus prorsus incognita, qui ista axiomata posuerunt, ut videre est in observationibus dispensatorijs, & armamentarijs, tam dogmaticorum quam Chymicorum, curationes nimirum tabis, febris hecticæ, apoplexiæ, marasmi, pestis, cancri ulcerati, scirrhi confirmati, elephantiasis, diathesis calculosę & arthriticę, & ipsius calculi in vesicâ indurati dissolutionem, & omnium planè morborum, qui incurabilium catalogo priùs adscripti

adscripti erant, ut taceam morbos qui fiunt tales ex accidente, ideoque omnes morbos statuunt curabiles, artem prognosticam cachinnis deridentes, & ex Medicinæ campis proscribentes, tanquam vanam, inutilem & fallacem, dicentes; Hippocratem ejusque asseclas in condendis Aphorismis suis prognosticis naturæ duntaxat spectatores fuisse, & nudum naturæ cum morbis certamen observasse, & rarò, vel nunquam manus auxiliatrices porrexisse, &, etiamsi id feciſſent, eorum conatum frustraneum futurum, quia ijs deerant medicamentum universale, & particularia spiritûs elixivia essentiæ extracta, cardiaca, diaphoretica, alexeteria, diuretica, lithotriptica, hepatica, uterina, splenetica, cephalica, stomachica, neuritica, bechica, anticolica, antinephritica, antiepileptica, antapoplectica, antivenerea, & sexcenta similia ex mineralibus, animalibus, & vegetabilibus arte Chymicâ extracta.

Ut huic quæstioni respondeamus, dicimus breviter (quum morbi leves, si tales maneant, à naturâ solâ curentur, quæstio solùm est de morbis qui à Medicis dicuntur ex sua specie insanabiles & de ijs qui ex accidente aliquo fiunt tales) morbi qui fiunt lethales, quamdiu præcisè tales non sunt, & ab accidentibus quibusdam talia symptomata, & complicationes funestæ non se produnt, vestita omnibus suis circumstantijs, asserimus Medicum solertem istis inventis instructum, & secundum indicationes ingenioſe inventas, ea artificioſe adhibentem inhibere posse ortum & proventum talium sympto-

matum

matum, & quò medicamenta præstantiora & efficaciora, eò tutiùs, citiùs, & jucundiùs præstare, nisi obstiterint voluntas Dei, maleficium, fatum physicum, aut casus, quibus nihil in natura opponi potest. Dicimus igitur, omnes hos morbos, antequam radices egerint, & tempore confirmentur, in specie curabiles esse, sed non in omnibus individuis, & proinde in talibus prognosin instituimus salutis aut mortis, ratione præsentiæ aut absentiæ talium lethalium symptomatum. Nunc rogatos velim Chymicos ingenuos, etsi concederetur dari medicamentum universale (quod aliàs ex professo, ex eorum etiam principijs, demonstravi inane esse figmentum) num resisteret voluntati & decreto divino, fato physico, & vitam in æternum producere, maleficijs, incantationibus, & casui (nam Pharmacopœis non utuntur, sed Adeptis, qui reverâ supra Pharmacopœos nihil sapiunt, & morbi acutiem, & magnitudinem ijs semper obtemperantes, nolint, velint, reddunt) num ægrum, adstantes, & exteriora necessaria sex, viz. res non naturales, & fortuita, ita memores sui officij reddat, ut eos obedientes semper faciat. Si ita fieri dicant Chymici, tunc istud medicamentum non solùm legem præscribet omnibus istis entibus creatis, sed & ipsi Creatori, quod blasphemum. Si dicant hæc non posse facere; ergo dicantur quidam morbi ex accidente incurabiles; & si hoc fit, cur non institui debet prognosis, quando ad salutem, quando ad mortem terminentur isti morbi, & cum illi quibus tantùm accedunt talia symptomata lethalia ab

aliquo ex accidentibus prædictis non curentur ist
medicamento, quomodò possibile est, ut illi morb
qui per se, & ex suâ specie talia, imò magis lethali
sortiuntur symptomata, sine accidenti aliquo ex
terno, eo curabiles fiant, etsi universale istud imp
sit omnibus morbis curandis, quid, quæso, expe
ctandum à particularibus remedijs?

Interim multiplici experientiâ edoctus, non n
go medicamenta Chymica optima extare, & m
randa in morbis istis, qui fiunt lethales, præstare
sed si semel deventum sit ad ista symptomata, &
complicationes morborum calamitosas, & concla
matas, quas Hippocrates tanquam exitiales dam
naverat, & cum omnibus suis circumstantijs fiu
tales, frustra laborabit Medicus ea depellere, si om
nia quæ Deus in naturâ produxit, aut ars per ex
perientiam adinvenit, adhibeat, ut certò norû
mecum omnes, qui praxi sedulò manum admov
runt.

Alia oritur etiam quæstio hoc nostro seculo
num inventa nupera Circulationis sanguinis, d
ctuum, & receptaculi Chyli, lymphæ ductuum,
quoris nervosi, & doctrinæ febrium novæ per fe
mentationem, & similium, possint aliquo mo
prognosin mutare? Respondetur: Cùm Progn
sis definiatur, cognitio eventûs, & mutationum
morbis, constans certis signis, ex ęgro, morbo,
externis desumptis; & hæc signa omnia eadem si
sive diagnostica, sive prognostica, nec varient
aliquo ęgro, nec regione, nisi secundùm magis
minùs (ut v. g. in pleuritide signa, seu phænomen
su

sunt febris, dolor lateris punctorius, difficultas spirandi, pulsus serratilis, sputum tardè vel citò apparere, expectoratio facilis, aut difficilis, coctionis, vel cruditatis notas adesse, &c. Et sic de phænomenis omnium aliorum morborum dicendum: quum hæc, inquam, post & ante inventa ista, invariata maneant, non possunt prognosin ullo modo mutare. Sin quæstio sit, utrum, in caussis horum phænomenôn reddendis, vocabula antiquitùs excogitata, & hactenùs usitata, an verò modus à Neotericis assignatus, secundùm eorum inventa sit præstantior: Neoterici enim calidum innatum ab ipso sanguine non distinguunt, & facultates attractricem, concoctricem, retentricem, expultricem, & corporis rectricem, tanquam Scholarum nugas canoras è Medicinæ campo proscribunt, dicentes sanguinem ipsum cum animâ inseparabiliter junctum omnia hæc præstare. Respondeo, vocabula ab antiquis excogitata retinenda esse, nec ulla cogit necessitas nova eorum loco substituere. Nam de harum facultatum existentiâ nunquam adhuc dubitare potui: Siquidem, cùm alimentum totum in arterijs sit unum, & partes in corpore tot dentur diversæ colore, odore, sapore, consistentijs, & cæris qualitatibus, proculdubio in istis partibus existit aliquid, quod coctione ulteriori præparat istud alimentum ex arterijs defiduum, quocùnque modo adveniat, sive per suctionem, sive trusionem. Nam sicut in uno horto, ab unâ aquâ sale impregnata nutriuntur, mille plantæ facultatibus diversæ per diversam coctionem; sic partes diversæ corporis ab

uno sanguine arterioso, & non quod in sint tot, quot diversa nutribilia in corpore. Et quum ij, qui dicunt alimentum per circulationem sanguinis trudi ad partes, partes alimenti diversas esse velint, & propterea partes diversas nutrire, cur negant istas partes particulas congeneres sibi attrahere, & proinde vim attractricem ijs inesse; quum dicant, dum atomi sanguinis truduntur ad partes, eas à se non congeneres pellere, & congeneres recipere, partibus expultricem tribuunt, cur attractricem denegant? Nam partes haud alio modo sibi alimentum attrahunt, quàm lactentes ex uberibus materiam alimoniæ, & plantæ ex terra suos succos. Adhæc, dum circulatur sanguis in membris aridis, nisi fiat suctio, non nutriuntur, & deficiente facultate ista in parte, frictione, aut picatione sæpè restauratur. Et dum partes istæ alimenti assimilantur, ibi etiam retinentur: nam momento assimilari nequeunt, alioqui partes corporis in continuo fluxu, & instabiles forent, & huc & illuc pellerentur; ideoq; dari retentricem quis dubitaret? Nam sanguis ipse neque se retinet, neque assimilat, aut pellit; & cùm videntur in omni coctione dari excrementa (quum alimentum nullum sit ex toto homogeneum) quæ gravant ac lacessunt partes, eaque per loca convenientia, anum videlicet, vesicam, os, palatum, aures, nares, cutem, &c. excerni, quis negabit facultatem expultricem exstare etiam extra sanguinem?

Præterea, quando lacrymantur ægri involuntarie, in sudore diaphoretico, & resolutione utriusque sphin-

sphincteris, in vomitu & hæmorrhagia enormibus, &c. annon rectè dicitur, retentricem esse debilem? Annon, cum tremit corpus, & convellitur totum, aut pars corporis, & æger nec se erigere, sedere, stare, nec in lecto congruè jacere valet, facultas rectrix rectè dicitur lædi? Et cum corpus extenuatur in morbo, & adest facies Hippocratica, &c. annon arguit facultates altricem & coctricem esse debiles?

Sed perinde est, neque magni refert in negotio prognoseos, utrum calidum innatum sit sanguis, an aliquid in partibus à sanguine diversum, modò lædatur: & sic de facultatibus ministris dicendum, utrum immediatè ab animâ in sanguine, & spiritibus, an ut facultates distinctæ; modò tales læsiones talia significent in morbis. Quibus talia vocabula à veteribus imposita haud arrident, aliter per me licebit exprimant: nam de nudis nominibus nulla erit lis, neque ijs, à quibus hæc excogitata & inventa sunt, absto, ut prognosin posteà certiorem ac faciliorem per ea excogitent.

SECTIO ULTIMA.

Quomodò Prognosis instituenda sit in Morbo quolibet particulari, secundum prædictam methodum.

OMnibus igitur suprà memoratis probè intellectis, non valdè arduum erit, in singulis morbis tam acutis, quàm chronicis, prognosin secundùm artis regulas instituere; sed quia nimis fortè laborioſum esset, ex præcedentibus omnibus sectionibus ea quærere, quæ notanda sunt ad prognosin eruendam, operæprecium visum est, ea in hac ultima sectione summatim & breviter repetere; addendo succinctè signa pathognomonica omnium febrium, & signa & symptomata omnia quæ advenient istis constitutis, ut distinctius & accuratius procedat prognosis. Quid autem unumquodque eorum in quovis morbo, & quolibet tempore advenies significet, ex proprijs sectionibus repetatur. Et primò, in morbis acutis, species morbi perfectè investiganda est per signa pathognomonica, nam, ut, Non intellecti nulla est curatio morbi, sic in eo nulla potest prognosis institui. Igitur v. g. signa pathognomonica causi, & febris ardentis sunt calor & sitis intensa, cum pulsu frequenti, & celeri sine rigore, horrore, aut frigore in principio. Ephemeræ

febris

bris signa, calor mitis etiam in statu, sitis fere nulla, absque etiam frigore, horrore, aut rigore; olvitur spatio viginti quatuor horarum, nisi in iam transeat. Synochæ signa, sunt calor blandus, tis acrior quam in diariâ, pulsus vehemens, celer, ed æqualis, unica tantum est accessio, sive sit acmastica, epacmastica, aut paracmastica: quando putrida est, signa prædicta sunt intensiora, & pulsus etiam inæqualis. Tertiana continua non differt à causo, nisi quòd tertianas exacerbationes habeat, & illa semper eodem tenore procedat. Quotidiana continua affligit continuò, sed exacerbatio quotidie fit, & omnia alia habet mitiora, quàm in tertiana. Quartana habet signa mitiora, quàm tertiana, sed acriora quam quotidiana, viz. calor, sitis & pulsus, & exacerbatio quarti die fit. Hemitriteus componitur ex tertiana intermittente, & quotidiana continua, si tertiana febris excedat quotidianam, horrifica dicitur, si quotidiana excedat, rigor, calor, sitis, & reliqua sunt mitiora, vel utraque equalis est, vel duo paroxysmi junguntur, vel seorsim invadunt. Hecticæ signa, calor primo contactu mitis, sed postea acrior: pulsus durus, debilis, parvus, frequens, sed post cibum pulsus velocior & major, continuò affligit, & æger sensim sine sensu, aut dolore contabescit. Quotidiana, Tertiana, & Quartana intermittentes, utrum exquisitæ an spuriæ, differunt à continuis, quia intermittunt.

Febres symptomaticæ, ut colliquans, assodes, elodes syncopalis, epiala pleuritica, peripneumonica, phrenetica, anginica, hepatites, &c. ab aliis

continuis signis, pathognomonicis reliquis non multùm differunt, nisi quòd præter alia signa symptoma istud comitetur, à quo denominationem sortiuntur, vel viscus istud adjungatur, à cujus inflammatione sunt, vel à nomine humoris ipsam inflammationem causantis, ut sunt febres phlegmonodes, erysipelatodes, typhodes, lypiria & lenta. Assodes enim, præter alia signa reliquis communia, dignoscitur ex inquietudine, jactigatione continuâ, & nauseâ. Elodes à sudoribus perpetuò fluentibus, Syncopalis à syncope concomitante, Epiala ex eo quòd per minimas particulas totius corporis simul calor, & frigus percipiantur, Colliquans à subita corporis colliquatione, Erysipelatosa, & typhodes à biliosa visceris inflammatione, Lypiria, ex eo quòd interna urantur & externa algeant, à ventriculi, aut intestinorum inflammatione. Lenta nullo gravi symptomate, ægrum lacessit à veteri obstructione, aut corruptela tacita alicujus visceris, & sic de cæteris, si quæ sint. Atque hæc sunt signa pathognomonica febrium, reliqua autem signa, sive simul adveniant, sive post oriantur, sunt prognostica, sive sunt coctionis aut cruditatis, critica, salutis aut mortis, signa pathognomonica non simpliciter solùm sunt consideranda, sed eorum impressio magna aut parva. Videndum est etiam, num hæc morbi species sit una, an multiplex, num morbus sit levis, anceps, an lethalis ex sua specie, complicationes, connexiones, consequutiones, & causæ morborum sunt considerandæ. & si causæ istæ sunt externę an internę, fixæ, an mobi-

mobiles. Mos morbi attendendus, benignúne, an malignus. Malignitas, cùm vehementia vel inſueta ſymptomata ſe produnt, vel cum benigna facie furtim inſidiatur morbus, & ſi iſta malignitas dependeat à cauſa univerſali, nempe à corruptela aëris, vel a vulgari cacochymia, ab aſſumptis, vel a venenis, vel a corruptela alicujus partis, vel a peculiari natura ęgrotantis, ut in Elephantiacis, Scorbuticis, & lue Venerea infectis. Motus morbi eſt attendendus, num ſit acutus aut diuturnus, & duratio ejus perpendenda ſecundum nniverſalia tempora, viz principium, augmentum, ſtatum, & declinationem, & ſecundum particulares paroxyſmos, & ſi morbus ad ſtatum tendat celeriter, ęqualiter, conſtanter, ordinatè, vel uno continuo motu, vel aliter, viz. tardè, inæqualiter, *&c.* & ſi moveatur paribus aut imparibus diebus: ubi conſideranda veniunt, tempeſtas anni, temperamentum, regio, habitus corporis, *&c.* item paroxyſmorum mutationes, num æquales, poſtponant, aut anticipent, idque ordinatè vel inordinatè, num intermiſſionis tempus ſit breve an longum. Magnitudo morbi conſideranda per cauſam & eſſentiam propriam, ratione partis affectæ, nobilis, & ad vitæ conſervationem ſumme neceſſariæ, aut aliter, vel ratione ſymptomatum concomitantium, vel ſupervenientium. Æger ipſe conſiderandus in habitu, temperamento, & in ijs quæ habitum & temperamentum ſequuntur; item in eo conſiderandæ veniunt actionum læſiones, qualitates mutatæ, & excrementorum vitia, quibus adjungenda ſunt externa concur-

concurrentia, utrum necessaria sint, an fortuita.

Mentis actiones sunt attendendæ in facultate rectrice, si æger mente constet, aut aliter si nugetur, mente vacillet, mente moveatur, deliret, desipiat, demens sit, vesanus, amens, insanus, vel furiosus sit, & si deliret circa omnes internas potentias, vel circa unam vel plures. Insomnia sunt attendenda, si solito plura & magis confusa, si quis incendia videat, imbres, nivem, glaciem, fumum, caliginem, tenebras, rubra spectra, bibere, esurire, cum muliere coire, in cœno aut stercore volutare, vel in locis bene olentibus esse: atque id si vel in principio accessionum, vel in vigore, aut alio morbi tempore, vel à cibo, vel non, vel ægri loquatur de rebus in somno visis, tanquam realiter essent, vel aliter. Somnus & vigilia si modum servaverint, aut aliter, si somnus sit laboriosus, profundus, juvans delirium, sedans, aut contra, si consueto tempore adveniat necne, si clausis aut apertis palpebris dormiat æger, si nimiæ sint vigiliæ, &c. Visio perpendenda, num clara an obscura, si visio à parvo aut magno lumine offendatur, si tenebrosum oculis, hebetudines, splendores, rubores, &c. obversentur. Auditus attendendus, num æger non omninò audiat, surdus sit, aut adsit tinnitus aurium, aut bene audiat. Odoratus attendendus, si bene valeat, si sit omninò ablatus, vel læsus, si æger percipiat odores, absente objecto externo. Gustus etiam notandus, an læsus, ablatus, aut vitiatus; ut omnia amara, salsa, vel dulcia appareant, &c. Tactûs etiam symptomata attendenda, ut si ad sit lassitudo, & si

sit

sit tensiva, ulcerosa, phlegmonodes, si adsit quasi fractio membrorum, gravitas, prigitia, vel dolor in toto vel in aliqua parte: si in capite, num totum obsideat, frontem, aut occiput, si adsit dolor aurium, acutus aut obtusus dolor viscerum, partium ignobilium, faucium, dentium, lumborum, renum, lateris, dorsi, vesicæ, coli, & ilei, &c. item quid sit dolorem non sentire, ubi adest causa, & contra, & dolorem evanescere sine causa; corpus æqualiter molle, & calidum esse, vel asperum, aut frigidum in partibus, vel in toto. Motûs etiam symptomata notanda, ut lassitudo uti jam priùs, decubitus si sit naturalis, aut aliter, si æger se potest libere convertere in alterutrum latus, aut non, denudare pedes non calentes, quid inquietudo, anxietas, jactigatio, residere in vigore morbi, convulsio, tortura oris, singultus, tremor, horror, rigor, sternutatio, torpor, ani resolutio, si respiratio libera aut impedita, distortio oculorum, albi oculi constrictio, & nigri dilatatio, aut contra, nigrum oculorum palpebris tegi superioribus, concretio, mobilitas crebra, & immobilitas oculorum, si alter altero minor, si cavi aut exerti sint, tussis sicca, vel cum excretione, perversio labiorum, narium, inversio aurium & contractio, stridor dentium, linguę tremor & prominentia ex ore, &c. Pulsûs differentię præternaturales attendendę, item ejus intermissio, echysis spirituum, syncope, lipothymia, cordis & reliquarum partium palpitatio. Vocis symptomata perpendenda, si naturalis, aut aliter si adsit balbuties, blęsitas, raucedo, vocis acuties, si sit clangosa,

stridula

stridula, exilis, inarticulata, si adsit obmutescenti aphonia, taciturnitas insolita, loquacitas, & ferocitas sermonis in miti, & cum ferox mite loquitur. Respiratio perpendenda, num sit naturali similis aut aliter si sit crebra & parva, rara & magna, rara & parva, calida & deurens, & frigida valdè, quæ tota ex naribus, quæ difficilis & intercisa respiratio cum stertore & ronchis in gutture, &c. Appetitus attendendus, si dejectus sit, si caninus, quis ægrum aliqua appetere, sed oblata aversari, & totalis aversio. Sitis symptomata sunt sitire multùm, in causâ sitifera non sitire, item sitis quæ non sedatur ab adhibitis. Urinæ symptomata perpendenda in colore, ut si sit citrina, alba, crocea, flammea, rubea, æruginosa, viridis, livida, vel nigra, &c. Quoad substantiam urina est tenuis, vel crassa. Crassa, est vel clara, vel turbata & pinguis. Contenta, vel adsunt, vel desunt, vel propria loca tenent, vel aliter hypostasis est aspera, lævis, alba, spicea, pallida, glauca, flava, subflava, rubra, subrubra, nigra, veneta, & livida. Depositum est vel album, rubrum, aut nihil deponit, vel crystalli & arenulæ matulæ adhærent, vel matracium nebula albicante inficit, vel adest mucosa subsidentia, vel turbari incipit, dum adhuc calet, vel longo tempore post, vel adest subsidentia farinacea, squammosa, furfuracea, pili, pus, sanguis, semen, fames, fluor albus, lapides, arenæ, & similia, eæ insunt, coronæ vel bullæ in superficie sunt, vel non. Urina etiam est nimia, paucæ, cum dolore redditur aut aliter, absque odore vel cum odore fœtido, suavi, aut naturali

est

et falsa, valdè insipida, aut silet, dum exit, aut so-
nat. Excrementa alvi perpendenda, si naturalia,
aut aliter si sint nimis dura, glutinosa, sicca, vel si
sint liquida, dispersa, divulsa, & si dejectio sit fre-
quens & pauca, nimis & rara, frequens & copiosa,
si cibi immutati exeant, vel chylus, si fæces sint
cruentæ cum alvi torminibus, & ramentis intesti-
norum vel non, si loturæ carnis sit similis, item si
dejectio sit lenta, pinguis, spumosa, nigra, viridis,
livida, versicolor, rubra, biliosa, porracea, ærugi-
nosa, &c. vel dejectio valdè fœtida, aut nullius
odoris purulenta, mucosa, vel si furfuris instar, aut
lupinorum materia ijs insit, & similia. Flatus per-
pendendus, si exeat cum nullo, aut magno sono,
& stridulo, & si revolvitur in intestinis cum bor-
borigmo. Lumbrici attendendi, quo morbi tem-
pore exeant, si vivi aut mortui, & per quæ loca
exeant, si rubri, nigri, aut albi, majores, minores,
multi, vel pauci. Vomitus si sit continuus aut inter-
polatus, si nimius aut paucus, si ex materiâ crassâ,
si sincerus, ruber, rufus, viridis, vitellinus, porra-
ceus, ærugineus, cinereus, lividus, niger, vario-
rum colorum, pituitę concretę, fæcum, &c. & quo
tempore morbificant. Sudores perpendendi, si ca-
lidi sint, frigidi, clari, virides, citrini, rubri, salsi,
amari, insipidi, fœtidi, inodori: si tenues, crassi,
viscidi, si pauci, mediocres, nimij: si ex toto, vel
ex parte maneant, & quo tempore fiant. Hæmor-
rhagia attendenda, si in primo vel secundo circui-
tu fiat, si pauca, mediocris, nimia, si cathixin, aut
aliter si stilla sanguinis crassi, meraci, & nigra, &

quo

quo tempore fiat. Sputa notanda, ſi præter mo-
rem frequentia, aut omninò ſuppreſſa, ſi alba, fla-
va, rubra, cruenta, bilioſa, viridia, livida, nigra
verſicoloria, ſincera, concocta, inconcocta, citò
aut tardè, facilè aut difficulter exeuntia: item ſi
craſſa, lenta, glutinoſa, viſcoſa, tenuia valdè, ſi ſpu-
mantia, fœtida, purulenta, ſanioſa, &c. Mucus na-
rium inſpiciendus, ſi ſit ſeroſus, nimis acer, multus,
paucus, ſpiſſus, purulentus, aut ſi omninò deficiat.
Aurium ſordes inſpiciendæ, ſi ſiccæ, valdè ſeroſæ,
purulentæ, amaræ, inſipidæ, flavæ, albæ, nimiæ,
& ſi ſemper, aut periodice tantùm fluant. Lac in
mammis nutricum ęgrotantium inſpiciendum, ſi
maneat, vel ex toto areſcat, & ex ſiccetur, vel ſan-
guinolentum. Seminis effuſio & tentigo in morbis
attendenda, item ſi teſtes valde penduli ſunt, vel
ſcrotum criſpatum, & corrugatum. Abſceſſus ſunt
conſiderandi, quando excernuntur ad cutem, arti-
culos, & viſcera, ut ſunt tumores, exanthemata,
petechiæ, papulæ, morbilli, variolæ, vel multæ,
paucæ, mediocres, latæ, vel parvæ, aut magnæ, eva-
neſcentes citò, vel non; virides, violaceæ, rubræ,
vel nigræ, vel ſi ſint in toto corpore, vel in parte
tantùm, &c. Qualitates mutatę inſpiciendę ſunt
in toto corpore, & in partibus: in toto corpore,
ſi corpus plus quàm pro ratione morbi minuatur,
& extenuetur, vel contra in declinatione morbi
corpus extenuatum remanere. vel aliter, corpus
in acutis inflari vel tumeſcere, & tumefactum prius
reſidere. Icterus perpendendus, in morbo vel ex-
tra, ſi ſit niger, flavus, viridis, albus, ex luteo niger,
vel

vel ſi ſit tantum in oculis, & in ejus albo tantum, vel in toto, vel ſi ſit in toto corpore, & quo tempore morbi adveniat, & quæ ſigna comitentur, & quæ ſigna eum ſequantur, & à quâ causâ. & quid ſit colorem in morbo ſæpe mutari, vel ſtabilem eſſe. Facies, ſi valde diſſimilis ſano ſit colore, diſtenſione, extenuatione, aſpectu, &c. vel ſi ſit rubra nimis, aut alba. Oculi attendendi, ſi non valde diſſimiles bene valentium, vel aliter, ſi palpebrę non poſſunt claudi, ſi ſint nimiùm prominentes, vel concidentes, perverſi, immobiles, alter altero minor, ut dictum in ſymptomatis motûs, item ſi album rubeſcat, ſi liveant & nigreſcant palpebræ, ſi ſublimes ſunt, inſtabiles, audaces, ſi pupillæ ſqualidæ, frigidi ad tactum, ſi non videat æger, ſi nimiùm radiantes ſunt oculi, aut icterici, ſi lacrymæ, lemæ aut ſordes circa eos, &c. Nares attendendæ, ſi acutæ, perverſæ, patulę, frigidę, aut ſi accidat pruritus. Labra ſi ſunt perverſa, ſuſpenſa, reſoluta, livida, frigida, albicantia. Aures ſi inverſę, contractę, dolentes internè, diaphanę, albicantes, lividę, nigrę, frigidę. Maxillarum color attendendus, ſi ſint virides, lividę, vel nigrę. Dentes conſiderandi, ſi ſtrideant, doleant, areſcant, lentores circa eos naſcantur, vel eroſio gingivarum accidat. Lingua conſideranda, num ſcabra, dura, viridis, aut nigra, exuvias deponat, aut aliter, ſi ſaliva alba appareat in medio ejus, ſi ſit tremula, extra os promineat, ſi bullæ flaventes, vel ecthymata appareant in ejus ſuperficie, an amareſcat, doleat, caleat, vel frigeat, &c. Hypochondria ſunt conſideranda, ſi

dolentia

dolentia, inæqualia, murmurantia, tumida, dura & si tumor permanens sit aut evanidus, si totum hypochondrium afficitur, vel tantum dextra aut sinistra pars, &c. Extrema sunt attendenda, si manus & pedes frigeant cum interno calore, & graves sint, & ungues & digiti nigri vel lividi. Odores ex corpore spirantes si sint naturales, vel fœtidi, vel cadaverosi. Natura ægri considerandæ, unde innotescit constitutio ægri & partis affectæ, si in constitutione ægri sit temperies bona, justa conformatio, & unitas. Temperies complectitur idiosyncrasiam, cujusque sexûs differentiam, dispositiones hæreditarias, ætates sibi succedentes, & consuetudinem. Complexio est biliosa, phlegmatica, &c. Æger considerandus, an morosus, ferox, placidus, mitis, fortis aut debilis, an solidum aut laxum corpus habeat, si justa sit proportio & symmetria humorum, si adsit humidi radicalis copia aut inopia, & robur partium æquale, aut inæquale, &c. Pars affecta considerandæ, si sit similaris, carnosa, spermatica, membranosa, parenchymosa, medullaris, vel si sit dissimilaris, ex quibus constet particulis, temperamentum, situs, facultas, usus, & connexio attendenda. Organica pars vel ex toto præciditur, vel aliter; item pars spermatica si insigniter læsa aut præcisa sit, &c. Externa concurrentia sunt considerandæ, eaque sunt necessaria, ut sex res non naturales cum suis annexis, vel fortuita, ut ratio cœli & siderum habenda in morbis, ut si sit sub Cane; vel Ariete, vel in ingressu Solis in puncta solstitialia, & æquinoctialia. Item vires Lunæ perpen

perpendendæ ſecundum eclipſes, & varias ejus phaſes. Item motus morborum graſſantium attendendus. Conſtitutio temporum anni, num ſicca aut humida, ſtabilitas aut inſtabilitas temporum, Ver, Æſtas, Autumnus, Hyems. Conditio diei attendenda, quando in eo ſunt multę mutationes, aut aliter. Item vis ventorum in varijs partibus flantium, regiones particulares, & loca in quibus degunt ægri, item victus, bonúſne an pravus antè fuerit, vel in morbo. Imò quantitas ejus conſideranda, item, ſi magna remedia exhibita ſint in morbo, aut omiſſa. Paſſiones animæ perpendendæ, ut ira vehemens, mœror, triſtitia, gaudium, livor, &c. & ſi miniſtri & adſtantes ſuum officium ægris præſtiterint, aut aliter. Item fulgura, terræ motus, ruinæ ædium, canum latratus, vicinorum ſtrepitus, mali nuncij repentinus adventus, & ſimilia. Criſis inveſtiganda eſt ex morbi naturâ, circuituum proportione, motûs tarditate, vel celeritate & vehementiâ, ex temporibus morbi univerſalibus, ex magnitudine, ſpecie, more, & motu ipſius, ex paroxyſmorum acceſſionibus & receſſionibus per epiphænomena tum ad tempus, tum ad ſpeciem. Criſis ex temperie ægri, regione, tempeſtate, ſive morbus paribus aut imparibus diebus moveatur. Item ſtatus morbi accuratè cognoſcendus, quia nunc criſes fiunt, qui ex motu innotescit, nam qui celeriter moventur, breviſſimo ſpatio percurrunt quatuor tempora. Quidam ſunt qui ſtatum à principio habent, & longa eſt ijs declinatio, quidam ſunt qui omnia tempora longa habent, alij brevia

habent tempora & distincta, quidam tardè moven-
tur in principio, & posteà acutiem assumunt. Cog-
noscendi sunt prætereà dies critici, indices interci-
dentes & vacui, & quod ad vigesimum diem pro-
greditur per circuitus quaternarios, posteà à vige-
simo ad quadragesimum per circuitus septenarios,
& posteà circuitus per vicenarios numerantur ad
centesimum vigesimum, deinde perit dierum po-
testas. Species etiam crisium particularium inve-
stigandæ sint per signa propria, ut rigoris, vomi-
tûs, hæmorrhagiæ, diarrhœæ, perirrhœæ, sudoris,
mensium, hæmorrhoïdum, ptyalismi, per varias
simul excretiones, abscessûs, & solutionis. Ultimò
notandum, quòd omnis morbus vel interimit, vel
ad salutem terminatur, vel neutrum facit, sed ad
mortem usque comitatur, vel in alios morbos trans-
mutatur, & si morbi in alios transmutentur, de-
bent cognosci utrum per Metaptosin, an Epigene-
sin sic fiant; & si per Metaptosin, utrum sit per dia-
dochen an Metastasin, & cùm Metastasis fiat pe
palindromen notãdum, an palindrome sit refluxûs
vel recidivæ, & si refluxus causa sit, retractio au
orgasmus. Recidiva autem attendenda, utrum ve
niat in die decretorio & impari, an in die pari, &
recidiva sit ea quæ impropriè sic vocatur, quand
nova acuties advenit morbo priùs tardè moven
post diem vigesimum, vel si alius morbus adv
niat à materiâ relictâ, vel ab intemperie à prio
morbo parti inustâ, & si ista materia sit benigna
an maligna, & si recidiva sit ejusdem speciei
& denominationis cum radice, vel aliter, &
cæter

cætera repetenda ex Sectione de Recidivâ.

Habes igitur, amantissime Lector, tractatum hunc nostrum de Prognosi Medicâ ad praxin, ni fallor, satis utilem, & omnia quæ scitu necessaria, non solùm ad prognosin in morbis acutis, sed & in omnibus chronicis præsertim periculosis videbantur, instituendam, ex limpidissimo Hippocratico fonte hausta. Vale.

FINIS.

Typographus Lectori,
Propter Authoris absentiam, Errata hinc inde gravi-
ra irrepsere, sic emendanda.

AD Lect. pag 2. lin 1. lege quod, l. 2. lege deli-
tescebat. p 3. l 24. lege indicationes. p. 5. l. 9
lege interpellato. p. 5. l. 11. lege potitus.
In tractatu p. 22. l. 24. adde ut. p. 24. l. 14. lege
quæ. p. 42. l. 15. lege læthalis. p. 59. l. 8. lege interci-
sim l. 17. lege et. p. 67. l. 20. lege rheo. p. 78. l. 1. lege
caloris. p. 80. l. 15. legæ contenta. p. 81. l. 20. lege
perniciosa. p. 82. l. 4. lege pravæ, l. 12. lege calore
p. 86. l. 21. lege et. p. 89 l. 25. adde in. p. 91. l. 21.
deleatur de. p. 95. l. 27. lege decoloratis. p. 101. l.
18. lege at. p. 105. l. 29. adde læthales. p. 111. l. 7.
lege aut. p. 112. l. 21. lege tenuia. p. 115. l. 5. lege ab-
sint. p. 117. l. 29. adde ad. p. 126. l. 9 lege judicantia.
p. 127. l. 2. lege icterum. p. 131. l. 9. lege inedia. p.
153. l. 2. lege detento. p. 157. l. 31. lege excretio-
num. p. 163. l. 21. adde naturæ. p. 165. l. 14 adde ju-
dicari. p. 225. l. 4. lege aliquando. p. 235. l. 16. lege
quarto. p. 238. l. 14. lege loquantur. p. 241. l. 31.
lege nigri. pag. 244. l. 30. lege ante cætera l. enevolus
lector corriget.

MVSEVM
BRITAN
NICVM